AUTHOR:

MEYER, WOLFGANG

TITLE:

DE CODICE PLUTARCHEO...

PLACE:

LIPSIAE

DATE:

1890

Master Negative #

93-81414-18

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Meyer, Wolfgang, 1867-
De codice Plutarcheo Seitenstettensi eiusque asseclis; accedunt lectiones Seitenstettensis. Dissertatio inauguralis quam...scripsit Wolfgangus Meyer... Lipsiae, typis I.B.Hirschfeldi, 1890.
78 p. 21 cm.

Thesis, Leipzig.

Volume of pamphlets

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 5/17/93 INITIALS BAP
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202


Centimeter

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm

1 2 3 4 5

Inches

1.0 1.1 1.25 1.4 1.6 1.8 2.0 2.2 2.5 2.8 3.2 3.6 4.0 4.5 5.0 5.6 6.3 7.1 8.0



MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

DE CODICE PLUTARCHEO SEITENSTETTENSI EIUSQUE ASSECLIS

ACCEDUNT LECTIONES SEITENSTETTENSIS

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE LIPSIENSI

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

WOLFGANGUS MEYER

HAMBURGENSIS

LIPSIAE

TYPIS I. B. HIRSCHFELDI

MDCCCXC

IUSTO HERMANNO LIPSIUS

SACRUM

Cum Carolus Sintenis anno h. s. 38 ad edendas Plutarchi vitas parallelas accederet, paucaque de critica earum condicione in primo volumine praefaretur, admodum mancus ei praesto erat codicum apparatus, quo ad rectum iudicium pervenire non posset. Et antequam editio absoluta est, ipse in duos libros manuscriptos incidit, F^a et L, qui sententiam eius, maxime de Stephani fide, iam tunc infirmarunt. Inde ab illo tempore magnus codicum numerus inclaruit[1]), dico Laurentianos[2]), Ambrosianos, Vaticanos[3]), Marcianos[4]), Matritensem[5]), Seitenstettensem[6]). Sed valde lugendum est quod nihil fere ex libris istis ad hunc diem publici iuris factum est, nisi quod pauca exempla Matritensis prodidit Graux, Marcianorum Michaelis, Seitenstettensis lectiones in vitis Arist. et Cat. in usum suum convertit Hercher, in vitis Them. et Per. editioni Sintenisianae retractatae adiecit Fuhr.

Nemo autem vir doctus, quantum video, adhuc id egit, ut accuratius inquireret in necessitudinem librorum Plutarcheorum, imprimis ut subtilius examinaret, quonam cognationis vinculo libri post S. reperti inter se atque cum ceteris conexi sint. Cuius muneris partem quantulamcunque ego suscepi, nimirum ut Seitenstettensis maxime memoriam explorarem, eorumque librorum, qui arctissime eius vestigiis insistunt. Cum autem paucae lectiones, quas adhuc in vulgus emiserunt vv. dd., facultatem non facerent idoneam ratum

1) cf. Schenkl in Bursiani ann. XII, 185 sq.
2) Schöll Herm. V, 114 sq. Fuhr app. ed. Ag. et Cleom.
3) Fuhr l. l. Graux ann. pour l'encour. des ét. Gr. 1882, 112 sq.
4) Michaelis *de codice Plut. Marc.* 386, Progr. Berlin 1886.
5) Graux *de Plutarchi cod. Matr.* etc. 1880.
6) Hercher ed. Arist. et Cat. 1870 p. I.

iudicium ferendi de libri illius indole, ipse totum praeter Periclis vitam excussi, itaque firmis subsidiis exstructus ad quaestionem propositam accessi. Quod vero mihi concessum est codicem — in bibliothecam universitatis Lipsiensis arcessitum — pervestigare, insigni debeo dilectissimi praeceptoris Hermanni Lipsius benevolentiae, qui omnino si quid in his profeci consilio et auctoritate persequi non desiit.

Continet codex St octo vitarum paria hoc ordine disposita[1]): Lycurgum — Numam, Solonem — Publicolam, Aristidem — Catonem, Themistoclem — Camillum, Cimonem — Lucullum, Periclem — Fabium, Niciam — Crassum, Agesilaum — Pompeium, sed magnae partes vitarum Lyc. Fab. Nic. Crass. Pomp. interciderunt; in quibus octo paribus pertractandis commentatiuncula mea versabitur, et profecto brevi apparebit nonnullarum ex his vitis fundamentum criticum id esse, quod imprimis inquisitionem et diiudicationem requirat. Quibus praelusis ad ipsam rem accedamus.

Sintenis in praefatione vol. I p. XIV hanc profert opinionem omnes libros Plutarcheos, qui ei innotuerant, ex uno eodemque fonte esse ductos, quam sententiam de omnibus, qui nunc exstant, libris valere paucis demonstretur exemplis; etenim omnes libri consentiunt in his scripturis corruptis: I, 104, 32 *ἀριστευόντων*[2]); 120, 17 *ἀνακηρυχθεῖσι*; 145, 3 *βοηθείας*; 155, 7 *τυφομένην ἁδροῦ*; 163, 17 lacuna hiat; 194, 31 *οὐαλέριε*; 206, 25 *λουκρήτιος*; 222, 28 *ὁμοίοις*; 232, 20 *τενεδία μία*; 259, 26 *χρηματισάμενος*; 297, 12 *χαλεπώτερος*[3]); 300, 2 *φιλήμων*; 343, 8 *καλλίμαχος*; II, 174, 30 *νυσίων*; 222, 27 *καὶ τοῖς πρὸς*; 475, 8 *ἀγοραῖσι*; 505, 26 *σῶμα*; III, 63, 20 *ἠπείρων*; 67, 24 *συγκεκραγότα ὃ τῇ*; 154, 18 *δεῖν*; 168, 11 *ἀρχίδαν*; 198, 14 *ἀποτιθεμένων*. Quae menda fere omnia graviora sunt et eius generis, quae ab oculorum vel calami errore haud facile profecta existimemus; deprehendimus enim libra-

1) formam codicis vides descriptam in libello Michaelis '*de codice St*' Berlin 1885.

2) numeros cito editionis Sintenisianae minoris.

3) procul dubio cum Reiskio scribendum: *καὶ χαλεπώτατος* cf. infra p. 20.

rium graeca lingua optime imbutum novantem pro captu si quid minus intellegebat — e. g. I, 259, 26; III, 63, 20; 67, 24; — quin etiam suo arbitrio nomina propria formantem, ut I, 194, 31; 300, 2; 343, 8; 206, 25; aliis locis archetypi auctor ne ab interpolando quidem textu manus abstinuit, ut I, 270, 11 *εἴτε* [*μὴ*]; 280, 17 [*καὶ*] *χύδην*; II, 222, 27 *καὶ* [*τοῖς*] *πρὸς*, quamquam non fugit me futtilia ea interpolamenta plerumque glossematum neglegenter in textum receptorum speciem prae se ferre, velut I, 298, 32 *ἐπεὶ* [*κυνῶν τε καὶ πιθήκων ἔκγονα*]; 313, 30 [*περικλέης*]; 324, 20 [*ἀσπασίαν*][1]); similiter I, 237, 8 v. *κινδυνεύοντας* removendum esse assentior Fuhrio.

Cum praeterea aliquam notitiam archetypi mihi parare studeo, unum pro certissimo affirmare possum fuisse eum conscriptum litteris capitalibus; nam saepissime confunduntur in libris litterae Τ et Γ, Λ et Δ et Α, CЄΟΘ; e. g. *τε* et *γε* sunt commutata I, 122, 3; 330, 1; 344, 25 al., *μετα* et *μεγα* I, 200, 16; 265, 16; III, 161, 31. I, 130, 25 pro *γετανια* scriptum est *γεγανια* in parte librorum. Λ et Δ confusas videmus: I, 160, 31. ΥΠΟΛΥΠΗC — ΥΠΟΔΥΝΗC; 234, 9 *πε*Δ*ιευς* — *πε*Λ*ιευς*; 281, 12 *ἀπο*Λ*υσαμενος* — *ἀπο*Δ*υσαμενος*; 342, 26 ΑΠΑΔΟΥCΗC — ΑΠ*οκ*ΑΛΟΥCΗC; similiter Α et Λ mutuo scribuntur: I, 223, 8 *πολιν* ΛΥΘЄΙCΑΝ *εστησαν* — *πολιν* ΑΥΘΙC ΑΝ*εστησαν*; 256, 14 ΛΙ*κινιος* — ΑΙ*κινιος*; III, 163, 7 ΠΡΟΑΥΓΑ — ΠΡΟΛΥΤΑ; Α et Δ II, 216, 10 ЄΛΑΥΝΩΝ — ЄΝΔΥΝΩΝ; denique commutatarum inter se CЄΘΟ haec sufficiunt exempla: I, 116, 19 et 121, 27 ΘЄΙΟC — ΟCΙΟC; 259, 16 C*χημα* — Ο*χημα*; II, 175, 25 CΥ*γγενεια* — ЄΥ*γενεια*; 213, 17 *δημ*ΟCΩCΤЄ — *δημ*ΟΟCΟCΩЄΤΟ. Praeterea ex usu sunt hi loci: I, 252, 8 ΚΡΗΤΗC — ΚΡΗΠΙC; III, 191, 24 ΑΙΓЄ*λαται* — ΑΠЄ*λαται*. Deinde dubium non est, quin fuerit archetypi margo notis et glossematis refertus, siquidem libri nostri, tum hi tum illi, additamentis in textum insertis inquinati sunt, id quod infra perspicietur.

Cum autem principalis fons omnibus libris communis sit, tamen permultae et mirae occurrunt scripturae diversitates,

1) cf. Cobet Mnemos. VI p. 155 et 156, qui ceterum aeque ac Herwerden Mus. Rhen. 35, 456 sq. parum caute critici cultrum adhibet.

quae demonstrant sat insignibus indiciis statim ab illo archetypo codices in duas partes divelli; ab archetypo enim duo libri emanarunt a diversis librariis depicti, exque iis omnes, qui nunc exstant, manuscriptos pendere intellegitur. Quos fontes litteris X et Y significabo. Testimonia autem quibus haec librorum disiunctio comprobetur iam accuratius indagare et definire in animo est. Ac primum quidem consentaneum est librarios, qui X et Y exararunt, sive oculorum lapsu seu calami alium alia menda admisisse. Quae species vitiorum levissima est, quam facillime cognoscamus; gravioris incusantur indiligentiae librarii, aut uterque aut alter, quod sescenties altera familia voculas quasdam omisit, quas altera servavit, imprimis articulos; nec non verba simplicia et composita saepissime commutantur. Accedit quod innumeris locis ordo verborum hic aliter constituitur atque illic, idque ita, ut verum assequi plerumque omnino non liceat. Quae menda omnia, quamvis negotia nobis exhibeant, ita sunt comparata, ut librarii, neglegentis quidem, indiligentiae et incuriae optimo iure tribuantur; verum tertium exstat genus differentiarum, quales a scribae errore profectas esse nemo sibi persuadebit. Etenim cum in altera codicum familia legimus v. ἀπολέσαντες, in altera synonymum plane eiusdem vigoris ἀποβαλόντες, similiter ac κατέστησε — ἀπέδειξε, aut cum inter duas verbi formas optio datur velut ᾑρημένοις — ἑλομένοις, γεγόνοι — γένοιτο unusquisque vestigia correctricis manus apparere concedet. Iuvat pluribus exemplis prolatis indolem discrepantiae uberius illustrare; ac primum suspectum est quod generum, temporum, modorum verbi, nec non nominis numerorum inter se permutatorum in quavis fere pagina exempla occurrunt, e. g. Num. 126, 19 ποιεῖν — ποιῆσαι; 138, 13 τὰ θεῖα — τὸ θεῖον; Sol. 176, 4 τοὺς τεθνηκότας — τὸν τεθνηκότα; 188, 18 πεποιθώς — πιστεύων; Publ. 212, 9 ἀνίηνα — ἀνίωνα, in quo nomine exarando familiae semper dissident; Them. 220, 12 ἐπίσταται — ἐπίσταιτο, sescenties in eiusmodi enuntiatis formae optativi et indicativi nulla necessitate mutantur; 235, 23 ἔπεμπε — πέμπει; Cam. 252, 30 ἀποδείκνυσθαι — ἀποδεικνύναι; 277, 2 θρέψασα — θρεψαμένη; Arist. II, 163, 13 ὁρῶν — ἰδὼν;

Ages. III, 144, 16 γενομένων — γεγονότων; 152, 23 ἐτιμωρήσατο — ἐτετιμώρητο; Pomp. 192, 24 πλέον — πλεῖστον; 199, 1 βραδύτερον — βράδιον.

His exemplis adiciam locos nonnullos, ubi pro alterius familiae vocabulis in altera synonyma vel similia quaedam scripta videmus: Lyc. 105, 24 ὁρώντων — παρόντων; 111, 16 τοιάδε — τοιαύτη; Num. 117, 28 πολιτείαν — βασιλείαν; 129, 21 εἴληχεν — ἔχει; 149, 10 ἀπαρχὰς — ἀπολαύσεις; 151, 15 λοιδοροῦσι — ἱστοροῦσι; Sol. 161, 3 ἐπάγεται — παρέχεται; 177, 9 πένθη — γένη; Publ. 197, 1 ἄρτι — ἤδη; 211, 7 ἀγαγὼν — ἀναλαβὼν; Them. 238, 22 λέγει — φησὶ; 241, 18 καθαιροῦντες — κολούοντες; Cam. 274, 2 δόλον — λόχον; 284, 23 ῥώμης — πατρίδος; Arist. II, 168, 7 διαδιδόντος — ἐμβαλόντος; 169, 5 φέροντες — γράψαντες; Cat. 225, 4 ἐργασίας — σκευασίας; 207, 28 ἐπήγετο — ἐπῆρτο; Ages. III, 148, 30 δεινότερος — ἐνδοξότερος; 172, 10 λειποθυμία — λειποψυχία; Pomp. 194, 20 στρατιὰν — δύναμιν; 201, 12 πάνυ — σφόδρα.

Gravissimum vero est quod non semel verborum coniunctio, quin etiam tota sententia ab altero librario temere foedata videtur, iisque maxime locis summam interpolatoris levitatem cognoscimus. Sunt autem eius rei exempla: Lyc. 116, 9 δι' ὅπερ καὶ Ἀρ. — ὁ δὲ Ἀρ.; Num. 138, 6 πάντα ὑπερβέβληκεν ἀτοπίᾳ — πᾶσαν ὑπ. ἀτοπίαν; Sol. 164, 7 θάπτουσι πρὸς ἕω τοὺς νεκροὺς στρέφοντες — — βλέποντας; 172, 19 οἷς μέτρον — ὃ μέτρων; Them. 240, 9 ἐλθεῖν ἕνα λῷστον — ὃς ἦλθε λεκτὸς; 244, 1 Θάσον — Νάξον; Cam. 271, 2 Μάλακος — Φύλαρχος; 289, 14 οὐκ ἔγνω — ἔγνω μὴ; Arist. II, 179, 11 μετατάξαι καὶ — μεταγαγόντα; 182, 23 ὁ μάντις ἔφραζε — οἱ μάντεις ἐμήνυον; 194, 5—6 φησὶν ὁ Δ. νομοθετῶν τάξαι — νομοθετῶν ἐψηφίσατο. Talium et similium locorum ingentem nubem colligere possum, quorum permultis discrepantiam recte diiudicare omnino non datur. Sed ea quae attuli satis superque valere censeo ad eam affirmandam opinionem, cum erroribus librariorum nobis rem non esse. Unum est quod culpam librarii imminuat et crimine consulto interpolandi saltem eum liberet, nimirum si efficiatur iis locis, quorum specimina modo

laudavimus, lectionis discordiam ortam esse interpretamentis falso in textum importatis. Quae cum considerarem nonnulla quidem repperi exempla, in quibus ea excusatione frui liceat librario, e. g. Lyc. 109, 4 *ἐκείνου κρείττονας — τήνου κάρρονας*; 116, 20 *τὸν Λυκοῦργον — αὐτὸν*; Sol. 170, 12 *δουλοσύνην — δουλίην*; Them. 222, 19 *Αἰγινῆται — νησιῶται*; 290, 13 *ἀμύνων — παριστάμενος*. Id quoque concedam aliis locis ea quae proxime antecesserant invitum librarium commovisse ut simile quiddam redderet, recta voce expulsa, ut III, 143, 28 procul dubio auctor archetypi alterius familiae *μιμήσασθαι* scripsit pro *ποιήσασθαι*, quia animo adhuc obversabatur v. antecedens *μιμητῶν*. Nec aliter explicantur Sol. 163, 17 *προσφερομένοις* pro *προσαγομένοις* coll. v. 15, Them. 226, 21 *παρόντας* pro *πολίτας* coll. v. 20, Cam. 297, 29 *καταστήσειν* pro *ἱδρύσειν* coll. v. *καταστάσης*, Ages. III, 180, 11 *συνοικιζομένων* pro *συμπορευομένων* coll. v. 9. Sed tales locos, quamvis circumspexerim, perpaucos erui: satis ampla copia restat, qua ad comprobandam sententiam utamur.

Habemus igitur persuasum alterum auctorum librorum X et Y, nisi vero existimes utrumque, in depingendo exemplari novando et interpolando perniciosissime in textum saevisse. Qua autem ratione progressum esse virum doctum illum fingamus cum textum suum constitueret? Duplex ni fallor patet via rationem persequentibus: primum opinari licet, coniciendo et divinando illum tradita verba inquinasse; id quod ipsa redarguitur levitate et vilitate mutationum. Quis enim coniciendi libidine adducetur ut pro *λέγει*: *φησί*, pro *στρατιάν*: *δύναμιν*, pro *τοιάδε*: *τοιαύτη* reponat? Multo probabilius est altera ratione tot peccata commisisse librarium: nempe cum unumquodque enuntiatum totum perlegisset, deinde e memoria depingeret, sensum plerumque integrum reddidit, singula verba temere, non consulto, mutavit. Quod si statuimus, intellegitur interpolationem originem ducere ab homine qui graecam linguam admodum callebat, quippe qui ipso temporis spatio maxime exiguo, quo particulam quandam describeret, verba atque sententias nulla opera convertere idoneus fuerit. Et tali rationi maximam partem differentiarum optime congruere libenter me-

cum consenties, praesertim cum intueris I, 138, 6; 164, 7; 172, 19 sim., et ob id ipsum satis difficile nobis paratum est officium eligendi genuinam ex divergentibus scripturis.

Cum autem cognoverimus duplicem quarundam vitarum textus recensionem ad nostra tempora pervenisse, iam quaeritur quam late interpolatoris opera penetraverit in corpus vitarum Plutarchi. Atque earum quidem vitarum, quae non exstant in Seitenstettensi aut Parisino 1676, condicionem ego non exploravi, sed apparatum raptim inspicienti nulla tam insignis et frequentis codicum discrepantiae sese obtulerunt indicia. Ne eae quidem parallelae, quas St et F[a] tradunt, omnes a correctoris manu tactae sunt: nam ea, quae supra congessi, exempla desumpta sunt omnia ex Lyc. — Num. Sol. — Publ. Them. — Cam. Arist. — Cat. Ages. — Pomp. In his decem vitis maxime sibi indulsit librarii neglegentia.

E reliquis vitis, quas perscrutatus sum, vestigia interpolationis solum in Pericle et Fabio deprehendi, eaque multo rariora ac parciora atque in illis. Etenim propter synonymum pro genuino vocabulo positum quattuor tantum Periclis loci suspecti sunt: 303, 18 *συνηθείας — συνουσίας*; 333, 9 *ἱστόρηκεν — εἴρηκεν*; 340, 5 *μυθεύμασι — ποιήμασι*; 21 *λεγομένη — γενομένη* (sed cf. v. 22 *γενομένη*), in Fabio vero bis offendi: 346, 25 *γνώμη πίστιν ἔχουσα — κρίσις πίστιν ἔχοντι* et 355, 21 *χαλάζης — ζάλης*. Contra verbi formarum temere mutatarum in utraque vita circiter 15 repperi exempla. Iam vero in vitis Cim. — Luc. et in fragmentis Nic. — Crass. nullum exstat testimonium, quo interpolatoris industria efficiatur, quamquam codicum discidium in iis quoque optime apparet. In reliquis denique vitis codicis F[a], quarum quidem lectiones degustare licebat (Timol. — Aem. Paul.) nihil inest, quod adeo crebrae interpolationis suspicionem moveat.

Quodsi librarii inertia alias vitas foedius maculavit, alias lenius, alias omnino non attigit, nescio an inde ansam repetere possimus ad construendum ordinem vitarum in archetypo observatum. Etenim si ponimus archetypum librorum interpolatorum — utrum X an Y nunc in medio relinquendum — totum ab eodem scriba confectum esse, pronum est coniectare eum aut initio,

cum primum ad opus describendum aggrederetur, accuratissime se adplicuisse ad singula verba et litteras, deinde magis magisque relaxatum liberius textum reddidisse, aut e contrario in ipso delineando paulatim exiliori diligentiae assuefactum esse, cum principio suo captu verba deflectere non veritus esset; id quod maiorem probabilitatis speciem habere confiteor. Statuimus igitur ordinem fere hunce: agmen duxerunt vitae Lyc. — Num. Sol. — Publ. Them. — Cam. Arist. — Cat. Ages. — Pomp., quas exceperunt vitae Per. — Fab., quibus novandi ardorem paulatim refrigescentem videmus; deinde secutae sunt ceterae. Sed incertam esse hanc coniecturam non negaverim.

Cum autem modo dixerim in vita Crassi nullum vestigium alterius textus recensionis apparere, statim excursus loco de alia traditione maioris partis Crassi verba faciam, quae libris Plutarcheis non firmatur, scilicet de libello Pseudo-Appiani de bello Parthico. Constat in codicibus Appianeis post germanam Appiani historiam compilatoris cuiusdam opusculum contineri de bello Romanorum Parthico consarcinatum ex Appiani bello Syriaco Plutarchi Antonio et Crassi cap. 15—33. Sed hic Ps.-Appiani contextus e prorsus diverso fonte emanavit atque libri nostri Plutarchei: nullum enim mendum invenitur utrisque commune in 18 illis capitibus praeter III 59, 20 *δεξάμενος* pro *δεξόμενος* et 63, 27 *ὅπλων — δεησόντων* pro *ὅπλων — δεῆσον;* et tam levia peccata librarios et App. et Plut. pro sua quosque parte admittere potuisse nemini non probatur.[1]) Iis autem locis quos consentientes in Appiano et Plutarcho praeter illos scrupulis persecuti sunt viri docti — 75, 23 *συγγενέσθαι;* 79, 9 *ποταμόν;* 81, 19 *ἀπηρμένα* — ego nil tentandum censeo; erroris vero incuso Sintenim, qui 81, 24 contra Appiani et plurimorum Plutarcheorum auctoritatem ex AC, quibus nunc accedit St, *κρότῳ* pro *κρότον* repetat. At omnium, quae in archetypo Plutarcheorum peccata sunt, expertem videmus Appianum, atque ita utilissimum praestat auxilium ad libros purgandos. Sed gravior occurrit dissensio inter

1) praesertim si saepius partem utrorumque librorum eadem traxisse vitia videamus, ut 58, 17 *πόλιν* pro *πύλην* Plut. praeter St et Augustanus App.; 60, 30 *οὓς* pro *ὧν* omnes App. et Plut. praeter St q.

libros Plut. et App. haud dissimilis ei, quam inter codicum Plut. familias exstare demonstravimus, quamque neque a Plut. librariis, neque ab App. inventam existimes. Pauca exempla illustrent quid agam: III, 57, 17 exhibet App. *ἀσπάσιος*, Plut. *οὐκ ἀκούσιος*; 58, 25 *ἐγείρεσθαι — ἀρᾶσθαι*; 61, 5 *ὑπήρειπε — ὑπέπιπτε*; 64, 12 *ἄλλως — μάχης;* 68, 7 *σείειν — ὠθεῖν*; 71, 5 *οὐδὲν ἦν τὸ διαφεῦγον — οὐκ ἐδύναντο διαφεύγειν*; 75, 9 *στενοῖς — λόφῳ*; 82, 15 *ὕδερον — ὕδρωπα.* De his lectionibus multisque aliis ad certum iudicium pervenire ex ipsa sententia plane interclusum est. Sed quandoquidem Plutarchus utrumque non scripsit, nostrum est aliunde argumenta ad diiudicandum lectionum certamen conquirere, id quod profecto nullius negoti est. Cum enim in aciem deducentur hac ex parte omnes libri Plutarchei, illa compilator quidam, qui Plutarchea excerpsit ut Appianea subiceret, haud diu anceps erit pugna: nam falsarii certe nil intererat textum Plutarchi verbo tenus reddere, siquidem res narratae maximi ei erant numeri; at codices Plut. ad unum omnes tam incommode tamque frequenter inquinatos esse a sciolo quodam inauditum est. Quae cum ita sint, prospiciendum est, ut Appiani auxilium ibi solum petamus, ubi in archetypo librorum nostrorum perspicua corruptela apparet.

At semper omnes Plut. codices Appiani adversarios iactavi: praeteriit me unum exstare librum, qui eius signa sequi videatur, Matritensem N a Carolo Graux repertum, qui idem frustula quaedam parcissima nobiscum communicavit. Et quantum ex his concludere concessum est,[1]) cod. N sane propius ad Ps.-Appiani traditionem accedit, sed talibus tantum lectionibus, quae si minus certis argumentis verae efficiuntur, at genuinam originem non minore probabilitate sibi asciscunt, quam ceterorum librorum memoria. Atque his locis N una cum Appiano ceterorum maculas detersit: 63, 21 v. *καὶ* recte immissum, 64, 9 *κώμαις* pro *χώραις*, 65, 9 v. *τινων* om., 63, 12 et saepius *Ἄγβαρος* pro *Ἀριάμνης* (*βάρβαρος*).[2]) Ambiguitati obnoxii sunt

1) omitto quinque Demosthenis capita, de quibus disserit Graux l. l., quae nihil ad nostros libros.

2) cf. Graux l. l. p. 23.

hi loci: 63, 19 *παραπέμψας* — *παρατρέψας*; 63, 22 *προσφέρεσθαι* — *συμφέρεσθαι*; 64, 31 *εὐχειρότατον* — *εὐχείρωτον*; 65, 26 *καὶ* — *ἢ*. Menda autem Appiano et N communia non inveniuntur nisi quod 63, 29 v. *καὶ σωμάτων* intercidit, et 65, 30 *ἐπικαρτερῆσαι* legitur pro *ἔτι καρτ.*, quod utrumque vilissimum est. Sed cave inde colligas cod. N et Ps.-Appianum a communi fonte oriundos esse a ceteris libris averso;[1]) immo Matritensem aliquo saltem vinculo cum ceteris teneri duae docent corruptelae: 63, 20 *ἠπείρων*; 30 *ἀναπτᾶσθαι*.[2]) Et siquidem N et App. in egregiis tantum lectionibus consonant, pronum est suspicari in N integriorem Plutarchi manum apparere quam in ceteris libris qui exstant, qui communem depravationem subisse putandi sunt. Quae opinio firmatur quod et alibi optimas dapes offert N, ut 44, 30 *ἐγὼ* pro *ἔργῳ*; 53, 6 *οἱ γὰρ διαπεσόντες ἐκ τῆς μάχης πεντακισχίλιοι περιπεσόντες αὐτῷ*; 32 *γάγιος* (quod nomen in omnium archetypo mendose scriptum erat; nam sic facilius corruptelam *ου*ΑΤΙΟC pro *γ*ΑΓΙΟC explanamus); 57, 7 *φίλων* pro *ἄλλων*; 79, 26 *ὁ Πομαξάθρης*. Aliis denique locis optimorum e ceteris libris bonitatem aequiperat, ut Pomp. 195, 2 *ἔχειν ἔφη* = St; 193, 29 *αὐτῶν* = St F^aC; 198, 6 [*καὶ μηχανὰς*] = St F^a; Ages. 143, 6 *τοῦ ἄρχεσθαι* = St. Ergo sequitur alteram quam ponit Graux propagationis delineationem (p. 30) probabiliorem esse. — At cautissime laudes Matritensis tollamus providendum est, quippe qui fontis splendorem indiligentia valde imminuerit atque obtuderit, cum in duobus Crassi capitibus non minus viginti vitia occurrant, eaque non omnia levia, ut 65, 27 *νομαδικῇ ταραχῇ* pro *νομάδι λῃστάρχῃ*. Et propterea aliae quae solius N auctoritate nituntur lectiones, quas Graux libenter delibat, mihi non immunes sunt a suspicione nempe Nic. III, 33, 31; Crass. 71, 27; Ages. 151, 1, cum nullo loco sententia cogamur Matritensis memoriam amplecti.

Quoniam supra ostendi quam insignis discrepantia lectionum libros Plutarcheos in duas partes dirimat, nunc in eo est, ut copias utriusque familiae enumerare et disponere suscipiam.

1) Graux stemma I p. 28.
2) cf. etiam Dem. IV, 210, 1 *ἔχειν* et *N* et cet., *ἔχων* Reiskius.

Quo in munere proficiscar a familia X cuius praestantissima propago et validissima ipse noster Seitenstettensis est, quippe qui integerrimam et clarissimam archetypi X repraesentet imaginem, ita ut ceteri huius gentis affines tum solum aliquid praestent, cum Seitenstettensis memoria defecit. — Amplitudine omnes familiares superat codex Parisinus 1676 F^a, sed in iis vitis, quae interpolatoris tormenta non sustinuerunt, facile eius auxilio caremus. — Coniunctim cum hoc commemorandi duo libri similis fere indolis Par. 2955 L, qui continet Lyc. — Num. Sol. — Publ. Arist. — Cat., ipse quoque aptissimus ad reficiendum familiae archetypum in Seitenstettensis lacunis, et Par. 1677 F quo vitae Fabii, mutilo quidem initio, Nic. — Crass. Coriol. — Alcib. Dem. — Cic. Ages. — Pomp. Phoc. — Cat. min. traduntur; lugeo quod Sintenis, cum fidem eius parum perspexisset, Ages. et Pomp. tantum lectiones adnotavit in addendis vol. IV; etenim quamquam liber in vitis Alc. — Cor. Dem. — Cic. Phoc. — Cat. nullius notae est, confido in Fabio Crasso Nicia familiarem istis non imparem evasurum esse. — Etiam gravius Sintenis neglegentia obstat, quominus de codice Par. 1672 B certum iudicium feramus, quo omnes vitae continentur; cum enim in circiter 20 vitis, III et IV maxime voluminis, haud ita magno cum fructu eum consuluerit, nunquam adhibuit ad eas vitas edendas, quibuscum nobis res est. At specimen lectionum in IV vol. proditarum (ad Fab.) demonstrat hac saltem in vita arctissime cohaerere cum St F^a, et suspicionem movent, in ceteris quoque ab horum partibus stare codicem B.[1]) — Agmen claudat Marcianus 385, cuius cognitionem debeo Michaeli l. l., qui in Ages. — Pomp. Arist. — Cat. Lyc. — Num. Nic. — Crass. ad eundem fontem redit atque St F^a, in ceteris familiam Y sequitur. Eiusdem condicionis esse videtur Vaticanus 1007 auctore Carolo Graux[2]); sed quoniam ne unam quidem lec-

1) certe parcissima grana a Sinteni diffusa ex lectionibus Luculli huic suspicioni magnopere favent: II, 519, 31 *καταφεύγουσιν* B = St F^a; 532, 21 *καταφράκτοις κελεύσας* = St F^a; 540, 31 *διαδιδοὺς* = St; 551, 23 *κατακλύσαι* = F^a.
2) Ann. des ét. Gr. 1882, p. 115 et 116.

tionem attingere licet, rationem eius habere non possum; idem valet de Laurentiano 69, 4, quem in Arist. — Cat. Nic. — Crass. cum Marciano consentire dicit Graux. Antequam autem ad alteram familiam transeam, monere necesse est, mixtos quosdam exstare libros, qui ad instaurandum archetypum X plus semel usui sunt: quo imprimis pertinet cod. Par. 1673 C, qui semper inter familias fluctuat et distrahitur; sed memorabile est optimis utriusque familiae exemplaribus eum se applicare, et raro ad viliorum pravitatem demitti. Praeter C huic loco conveniunt lectiones Vulcobianae V et anonymi x. Quod autem codicem Venetum Grimmanorum q familiae X adiungit Michaelis (p. 8) non mihi probatur. Qui liber pendet ex exemplari fam. Y, quod saepius fidem commutaverat collato libro fam. X; itaque in iis vitis, quas perscrutatus sum, ne quadragies quidem peculiares fam. X lectiones tuetur, cum ceterum ex Sintenis silentio consensus cum Y efficiatur, compluries vel diserte indicetur, ut I, 220, 23 *πολεμικὴν* pro *πολιτικὴν* 258, 19 *λιλούϊος*; II, 179, 16 *πολυπράγμονα* pro *ἀγνώμονα*; 543, 1 *ἀπηρκότας*; III, 157, 11 *τύραννον*; 183, 29 *στεφαντωρίδι* al. Omnino, ut hic statim absolvam quid de q sentiam, nimis clemens eius patronus exstitit Michaelis; nam ex propriis eius lectionibus tres tantum omni scrupulo exemptae sunt eaeque vilissimae: I, 302, 4 *ὁ Χείρων* (*ὦ* cet.); II, 522, 25 *ἀκούοντα* (*ἀκούοντι* cet.); 542, 32 *προεκαλοῦντο* (*προσεκ.*); de I, 116, 24 *ξενικὴν* vide infra p. 25 adn. 1; I, 344, 18 autem *μάρκον* pro *λεύκιον* ex correctione ortum esse ipse suspicatur Sintenis. At multis locis q a ceteris discordat, quibus magistelli cuiusdam doctrina elucet, e. g. I, 173, 6 *οὐδὲν* pro *μηδὲν*; 258, 12 *μεγάλῃ* pro *μεγίστῃ*; 274, 32 *μάρκῳ* pro *μανίῳ*[1]); 321, 29 *ἐκκοψάντων* pro *ἐγκολαψάντων*; 341, 26 *ἀργίαν* pro *ἀπραγίαν*; 349, 31 *μετέλλου* pro *μετιλίου*; III, 187, 2 *περιέχουσαν* pro *παραρρέουσαν*; I, 177, 2 vel insiticium emblema *ἤτοι ἔμμετρα διὰ στίχων* contextum

1) nomen *μανίῳ* revocandum censeo ex optimo quoque libro contra libros Livianos (V, 41); nam in eo nomine tradendo libris latinis prae graecis nulla fides propter compendiorum similitudinem. Eandem dissensionem habes Liv. IV, 12. — Diod. XII, 35. Cf. etiam Drakenborch ad Liv. XXVII, 25.

foedavit; quae menda fere omnia Vulcobius adnotavit, cui certe codex ille praesto fuisse videtur.

Iam vero ut familiam Y breviter perstringam, primum locum obtinet cod. Sangermanensis Sg., quocum in vitis Numae, Ages., Pomp. tantum confligetur. Propter eius exilitatem praecipuum fundamentum familiae est cod. Par. 1671 A, qui illum non plane aequiperat virtute, ceterum, ubi illius ope destituti sumus, propugnaculum stirpis se praestat.[1]) His accedit magna turba codicum, quos Sintenis — non constanter — in usum convertit, plerumque Italorum, quos enumerare longum est, et Laurentiani, Vaticani, Ambrosiani, Marciani, quos recentissimis temporibus vv. dd. effoderunt. Denique eodem iure ac supra codicem C, lectiones Vulcobii et anonymi hic commemoro.

Quoniam familiarum praesidia breviter in conspectu posui, iam singulis libris examinatis utriusque familiae naturam et indolem indagare conabor, ut denique diiudicare studeam, utra palma digna sit, utra prostrata digitum tollere cogatur. Atque initium quidem capiamus a fam. X, cuius nobilissimam progeniem Seitenstettensem esse exposuimus.

Codici St nascenti propitii di non defuerunt, quippe qui conscriptus sit ab homine et diligentissimo et graecam linguam parum edocto, ita ut libidini novandi, sive consulto sive inconsulto, succumbere non posset. Immo saepius tam mirabilia procudit monstra, ut suspicio oboriatur eum, sententiam eorum quae transferebat minime assecutum, formas tantum litterarum quam accuratissime depinxisse. Cuius rei exemplum praestantissimum reperio in Ages. 165, 14—15, ubi totum enuntiatum, cum paulo difficilius esset intellectu, uno tenore continuatum est, nullo addito accentu: *αλλουσυγεντικαλλιππιδασοδικηδιακτασ*, cui haud dissimile II, 222, 30 *φαβοσηλατω* et III, 186, 28 *ἀνδρασντας*. Unde id quoque lucramur librarium nequaquam operam dedisse, ut sensum intricatiorem enuclearet, cum alius quidam pro captu sententiam sibi formasset. Deinde haud ita magnam graecae linguae intellegentiam sapit, quod v. *δραχμή*,

1) siquidem lectiones Laurentiani 69, 6 nondum excussae sunt, cf. Fuhr ed. Ag. et Cleom. append. p. 173.

usitatissimum Graecis, fere semper per *γ* scribitur. Elementis autem linguae graecae eum instructum fuisse consentaneum est, atque ita factum ut sescenties casum, numerum, genus vocabulorum sibi vicinorum exaequarit, cum ampliorem sententiam non respiceret; quibus mendis medicinam adhibere facillimum est. Alia est species mendorum quae constat lacunis, ordine verborum immutato, litteris dittographia repetitis ut I, 109, 31 [*αὐτὸς*] *αὐτῷ*; 273, 3 *τὸν μὲν* [*ἕνα*] *ἀνεῳγότα*; 235, 27 *λύ* ЄΙΝ ЄΙΗ etc. Talem librarium, qualem illustravimus, ex ingenio nihil mutare potuisse in propatulo est; sed quaeritur quomodo cum ignorantia eius nonnulla peccata conciliánda sint, quae obloqui videntur: I, 147, 7 *πραγμάτων* pro *γραμμάτων*;[1]) 166, 19 *αἱ δ' Ἀθῆναι* pro *οἱ δ' Ἀθηναῖοι*; 178, 23 *τῷ δ' Ὀλυμπιονίκῃ* pro *τῷ δ' Ὀλύμπια* (nonne interpretamentum falso in textum importatum?); 228, 19 *ἡρῷα* pro *ἠρία*; 234, 20 *αὐτοῖς* pro *αὖθις* (ΑΥΟΙC); 249, 20 *ἐκπιέσαντες* pro *ἐκπετάσαντες*; 254, 28 *θαυμαστὸν* pro *θαυμάτων*; 353, 26 *δυνατός* pro *χαλεπός*; 357, 2 *δημοκρατίαν* pro *δημοκοπίαν*; II, 178, 27 *τὰ πολλὰ* pro *ἄλλα* (cf. 26 *πολλή*); 191, 19 *ῥιγᾶν* pro *πεινᾶν* (cf. *ῥιγοῦντα*) 203, 2 *συμφοραῖς* pro *πορφύραις*; 4 *βασιλεῖς* pro *βαφεῖς*; 220, 10 ЄΡΓΑΠΙCCΙΑ pro ЄΡΓΑΤΗCΙΑ; III, 146, 7 *προστιθεὶς* pro *προστιθέμενος*; 161, 11 *ἀνέζευξαν* pro *ἀνέστρεψαν*; 173, 14 *ἀμφιβολίας* pro *ἀμφιλογίας*; 175, 18 *ὤκνουν γὰρ* pro *ὀκνοῦντες*. Hic omnes locos accuratissime congessisse mihi videor, quibus scrupulo quantulocunque moveamur;[2]) et confiteor plerumque me non dubitare incuriae cuidam culpam dare si quid peccatum est. Maxime vero suspecti sunt I, 353, 26; III, 161, 11; 173, 14, ita ut aliam explicationem exigant. Sed hoc constat — omnibus illis locis — non rem esse cum ambiguis lectionibus sed prorsus depravatis. Et una via explicandi restat quam ingredi non vereor cum de tam paucis locis agatur, ut vitia illa non scribae St sed ipsi X

1) in contrariam partem tota familia peccavit I, 104, 8: *γράμμασι* pro *πράγμασι*; ergo hoc quoque mendum archet. X exprobrandum erit.

2) non respexi vitas Nic. et Crass., in quibus lectiones St et X discernere non datur, quia Sintenis lectiones F[a] et F adnotare omisit.

attribuamus.[1]) Ergo quae de manca librarii intellegentia conclusimus, non infirmantur perpaucis locis gravius corruptis, nec facile quis, opinor, illum accusabit quod consilio aut invitus textum interpolaverit.[2])

Ceterum quid rationem reposcimus a librario paucorum mendorum, cum diligentiae et cautioni summam gratiam agere debeamus eius, qui solus praeter omnes libros permultis locis meram et genuinam Plutarchi manum servaverit, atque cuius eximiam fidem ea re maxime perspicias, quod nominum propriorum minus usitatorum non semel unus integram formam tradidit? Non alienum iudico omnes lectiones praestantes deinceps percensere; sunt autem haec[3]):

Lyc. 104, 19 *αὐγάσδεο*; cf. Cobet Mnem. VI.

105, 10 *τότε*; scil. *ἐν ταῖς μάχαις* v. 5.

108, 24 *φαιδρός* cum C.[4])

113, 29 *χρήσασθαι*; qua ex forma inf. fut. *χρήσεσθαι*, quem desidero, melius elicitur, quam e vulgata *χρῆσθαι*; eandem in partem omnes l. peccaverunt in v. 9.

114, 9 *διὰ Λύσανδρον*.

116, 24 *ξενικὴν* e correctura.

17 *εἶναι μέγα*; inverso ordine hiatus offendit.

Num. 118, 9 *νώνας*; idem solus St I, 287, 2. 13. 20.

120, 17 *Πόμπωνος*; Pomponii nomen abhorrere ex ipso Plutarcho comprobatur, etsi aliorum historicorum testimoniis destituti essemus: narrat enim in Numae cap. 21 fuisse inter filios Numae Pomponem, 'a quo originem et nomen ducerent Pomponii', id quod absurdum fuisset, si ipse pater Numae Pomponius esset appellatus.

135, 19 *ἀγκίλια*; hanc formam praefero, quia propius ad latinam accedit; et pronum erat illud vocabulum depravare

1) quo iure hoc agamus apparebit infra p. 32.

2) quae Sauppius disputat in *Gött. Gel. Anz.* 1870 p. 1002—3 totam fam. X maxime petunt, itaque alio loco recensenda erunt.

3) eas lectiones hic complector, quae nequaquam ambiguae sunt; si quis quae magis placent huc referet, facile catalogum augebit.

4) quod interdum soli St vindico, quae in C quoque exstant, veniam rogo, quia veri non est dissimile C ex ipso St hausisse; et consensu St demum illae lectiones sanciuntur, quas a solo C accipere incauti est.

propter multa vocabula graeca, quae a litteris ἀγκυ initium habent.

148, 24 καταθέσθαι τοὺς πολίτας*.[1])

Sol. 156, 4 ἁρμοδία; dubium vix est, quin lateat in rasura littera δ.

156, 16 Πρῶτις cf. adnot. Sintenis.

160, 24 ἀλλότριοι καὶ νόθοι καὶ θεράποντες; libri praeter C praebent perperam ἀλλότριοι καὶ νόθοι θεράποντες, in C legimus ἀλλ. καὶ νόθοι παῖδες ἢ θερ. Sed ita falso opponuntur ἀλλ. καὶ νοθ. π. et θεράποντες, cum verbo ἀλλότριοι non παῖδες tantum significentur. Mea sententia tria membra aequabilia sunt, ita ut particula καὶ bis posita coniungi oporteat; v. παῖδες in C nil est nisi glossema ad v. νόθοι.

160, 32 ἕτεροί γε καὶ παῖδας; maxime efferenda est vox παῖδας ἀγαθούς, ut quam fortissime opponantur ineptis illis, qui vel canis morte prosternuntur, ii, qui adeo aequam servare mentem didicerunt, ut ne liberis quidem carissimis ereptis animo perturbentur.

161, 29 πεποιημένων, et Barocciani.

162, 26 τοὺς κόλποις.

163, 6 κατασκ. τὰ τῶν πολεμίων.

17 ἐκ γῆς προσαγόμενος; primum casum requiri Lipsius mihi persuasit. Cum enim id agat Plutarchus, ut ex usu sollemni Solonis strategema explanet, certam exspectamus responsionem: respondet autem τοῖς κρατίστοις (v. 8) ille ‘ἀνὴρ ἔνοπλος ἐξαλλόμενος’; flagitamus igitur ut opponatur quidam τοῖς ἄλλοις Ἀθηναίοις (v. 10.) qui πεζῇ adoriuntur e terra; iam apparet nominativi formam sanam esse et intercidisse praeter cetera v. ἄλλος δὲ, ita ut sententia explenda sit: ἄλλος δὲ . . . . ἐκ γῆς προσαγόμενος.

165, 32 προυπειργάσατο.

169, 9 διαρμόσασθαι πρὸς τὸ ἄριστον, cum C; quod v. magis placet quam συναρμ. totum conexum reputanti; cum enim concinnitatem, quae desideratur, examinamus, apparet ordinem responsionis inversum esse; nam quae perculsa sunt,

1) asterisco abhinc omnes locos notabo, quibus intolerabilis vocalium concursus vitatur.

(ταράξας), rursus fundantur (καταστῆσαι), et quae confusa sunt (συγχέας), rursus disponuntur, quae notio uni v. διαρμ. inest. Eandem verborum coniunctionem habes Mor. 797 B διαρμοσάμενος τὴν φάλαγγα συγκεχυμένην. Porro attendas v. συναρμόσας tribus post versibus iterum se offerre.

178, 24 λυκιδέα.

185, 3 ὃν ἐν τύχαις.

Publ. 190, 6 Οὐαλέριος ut semper.

192, 21 τὸν Ἀκυλλίων; 22 ἔχοντα.

199, 25 ὑπὲρ τὴν καλουμένην.

203, 13 τυχαῖον; adiectivum sententiae melius convenire nemo non videt; ad usum v. τυχαῖος cf. Num. 131, 13.

20 ἀποδοῦναι τὸ ἅρμα* cum C. 30 εἶχεν.

206, 10 πλησίον ὄντος αὐτοῦ* C quoque; 15 συνεπεσπάσαντο; 32 Κόκλην; summae obnoxium est suspicioni quod in hoc Plutarchi capite nomen Coclitis graece Κόκλιος pronuntiatur, quae forma non modo analogiis non firmatur, sed etiam a ceterorum Graecorum more abhorret, Dionysii, Polybii, Suidae, qui constanter Κόκλης scribunt. Accedit quod St re vera uno loco formam Κόκλης exhibet. Quae cum animo perpenderem, feliciter incidi in locum Dionysii V, 23, ubi vir ille vocatur Πόπλιος Ὁράτιος ὁ καλούμενος Κόκλης, quo inspecto haud ita audacis erat coniectare formam Κόκλιος in v. 24, depravatam ex Πόπλιος, postea effecisse ut in v. 27 quoque Κόκλιος scriberetur; in v. 32 autem fam. Y demum nomen exaequasse videtur antecedentibus. Repono igitur in v. 24 Πόπλιος, in v. 27 et 32 Κόκλην.

207, 17 ἐπεξῆλθε.

209, 24 αἰσθόμενος; quid sibi velit v. αἰθόμενος non plane intellego.

217, 9 μέλλοντα.

Them.[1]) 219, 3 Φρεαρρίου; 26 πολλοὶ cum C.

220, 22 τὴν τότε καλουμένην; cf. Sol. 157, 14.

222, 25 τριήρεις αἷς.

223, 19 Διφιλίδης; si optio datur inter nomina Διφ. et

1) lectiones Them. et Per. Fuhrius, Arist. et Cat. Hercher plerasque iam receperunt.

Φιλίδης maiore probabilitate illud eligimus, quod videlicet patronymicon n. *Δίφιλος* est; et ita caremus Benseleri coniectura *Φιλαΐδης*.

224, 10 *Κεῖον*.

225, 12 *ἔπειθεν*.

230, 2 *ἐκπεσεῖν* scil. *ἐκ τῆς θαλάττης*.

233, 20 *χιλιὰς μὲν νηῶν ἦγε πλῆθος*; in Aesch. Pers. versus sic legitur (339) '*Ξέρξῃ δέ, καὶ γὰρ οἶδα, χιλιὰς μὲν ἦν ὧν ἦγε πλῆθος*', quod idem Plutarchum scripsisse incertum non iam est. Sed in archetypo ex ΝΗΝΩΝ casu, ut opinor, ΝΗΩΝ factum est[1]); nam si consulto librarius mutasset, *νεῶν* potius scripsisset. Quam corruptelam X et St diligentissime retinuerunt, cum F^a pro barbara forma *νηῶν*: *νεῶν* restitueret. Verum Y, postquam *νεῶν* scriptum est, sententiam iam perturbatam libero arbitrio resarcire conatus est, remoto v. *ἦγε*, quod intolerabile videbatur.

233, 31 *ἀδιγινεῖς* in marg., quod Bryani *ἁλιτενεῖς* confirmat.

238, 27 *πυκνί*.

240, 7 *τύγα Λευτυχίδαν*; eadem forma cum Fuhrio reponenda in v. 6 et 7, quod olim suspicatus est Ahrens.[2])

241, 5 *μνημονεύων*.

244, 25 *ἐν μέτρῳ*. 28 *κατακοιμηθεὶς*.

247, 12 *Ἀρειμάνιον*; per diphthongum *ει* numinis nomen scribitur in Plut. Is. et Os. 46, apud Aristot. Hesych. Diog. Laërt.; apud unum Suidam forma *Ἀριμάνιος* exstat, sed quanti Suidae auctoritas hac in re aestimanda sit, inde cognoscimus, quod Suidas Aegyptium deum dicit Arimanium. 15 *ἐκβοῆσαι*.

Cam. 253, 29 *αἴτιαι*.

256, 29 *εὐτυχές*; arrogantis est, deos, ut 'gloriosum' belli exitum impertiant, precari; satis erat 'felicem' eventum rogare.

258, 2 *ἀνάγκας*; quam formam ea de causa praefero, quod facilius in *ἀνάγκην* abire potuit (coll. v. *δίκην*), quam haec in illam. 17 *γίνεσθαι* cf. *δέχεσθαι*.

260, 5 *ὡς ἔοικε ἐπὶ τοὺς Ουηΐους βαδίζων*; praepono, ne enuntiatum diripiatur.

1) commutatarum litterarum Η et Ν compluria suppetunt exempla.
2) Nov. Mus. Rhen. II, 459.

262, 9 *διδασκάλῳ πάντων**. 19 *καταστὰς εἰς ὄψιν*.

265, 8 *Ἰουλίου μηνὸς ἢ τοῦ τιμ.* quem locum hic adnoto quia idoneus est, quo subtilissima librarii St acribia illustretur; verba *μηνὸς ἡ* ceterorum librorum insiticia esse olim vv. dd. perspexerunt (coll. Liv. V, 31). Sed quomodo nata sint scriptura St *ἢ* docet: erat nimirum glossema puerile margini adscriptum ad v. *Ἰουλίου*: *μηνὸς ἢ* [*ἀνδρὸς*].

29 *Πυρήνης*; quod nomen in Sertor. c. VII omnium librorum consensu bis per unam *ρ* scriptum legimus.

266, 2 *γενεὰς* cf. Cobet l. l.

272, 12 *μετὰ τῶν ἱερέων ἔφευγον ἁρπασάμεναι**; primum advertas necessarium verborum ordinem *ἐφ. ἁρπ.* in uno St observatum esse. Deinde v. *ἱερέων* hic locum habere censeo, non *ἱερῶν*, quo offendor et alias ob causas et propter verba antecedentia *τῶν ἱερῶν ἃ μὲν*. Veri simile est virginibus in condendis sacris sacerdotes adfuisse, idque congruit cum Livii narratione, qui V, 40 flaminem Quirinalem adiutorem inducit; praeterea de pontifice Maximo cogitari potest. Quodsi v. *ἱερέων* recipimus, sequitur cum fam. X legendum esse *τὰ δὲ τῆς Ἑστίας*, et sic concinnitas membrorum absoluta est, et auctorem habemus Livium, qui et ipse tantum in universum de sacris servandis dicit. Verbis *καίτοι τινὲς* ad alium fontem transit Plut., qui solum ignem servatum esse contenderat (v. 14 *τὸ πῦρ* cum X).

273, 2 *τι πλέον ἐπίστασθαι*. 13 *Ἀλβίνιος*, quam nominis formam infra v. 21 F^a quoque praebet. Albinus, quod nomen fam. Y tradit, non est nomen gentile, sed cognomen maxime Posthumiorum, deinde Decimi Bruti (Plut. Caes. 64). Uno loco Liviano II, 33, 2 unus ex antiquissimis tribunis plebei L. Albinus vocatur, quod procul dubio corrigendum est in 'Albinius' aliis testimoniis collatis.[1]) Iam vero quod saepius posteriore aetate Albini occurrunt nullo alio addito nomine — apud Joseph., App., Cass. Dion. — nil refert, nam severae nomenclationis leges tunc infractae iacebant. Adde quod Liv. V, 40 ubi haec narratiuncula exstat, vir ille 'L. Albinius homo de plebe' dicitur. Et Albinii gentis plebeiae saepius commemo-

1) cf. J. Schmidt in Hermae vol. XXI p. 464.

rantur, ut Liv. VI, 30, 2. Diod. XV, 51. Ergo dubium non est quin iure St memoria prematur.

274, 5 *βραχεῖ.*

275, 13 *ὁμοίως δὲ πρεσβύτας,* cum C.

277, 18 *παρεισελθεῖν,* i. e. furtim se insinuare; cf. locum simillimum Publ. 207, 22.

278, 14 *δικτάτορα*; hoc vocabulum, in quo flectendo saepissime peccant libri, unus St plerumque recte exaravit, e. g. Cam. 282, 3. 284, 1. 294, 23 sq. Fab. 344, 10; 25. 347, 3.

280, 16 et 26 *ὑπῳκούρησεν* et *ᾠκούρουν*; v. *οἰκουρέω* non in numero eorum habendum, quae augmento temporali facile careant, ut *εὔχομαι, εὑρίσκω.* Item solus St II, 540, 28 formam *ὑπῳκούρει* recte praebet.

283, 24 *δημαγωγιῶν.* 28 *κινεῖν.*

284, 3 mg. *ἠριά.*

285, 5 *προτρεπομένων.*

287, 30 *παρηβηκότας.*

288, 15 *καὶ κραυγῇ καθ᾽ ἕτερον μέρος.*

296, 20 *τὰ σεσιδηρωμένα,* C quoque.

297, 12 *καὶ χαλεπώτατος*; sic cum Reiskio scribendum esse supra monui; lenior fit mutatio, quod St voculam *καὶ* exhibet. 29 mg. *ἱδρύσειν.*

Per. 299, 28 *νέμει.*

Fab. Max. 351, 32 *Τορκουᾶτος,* quam formam omnes Graecorum rerum scriptores usurpant.

355, 17 *ἀποτρεπομένων* cum C.

365, 23 *ἀδελφὴν ἐν Τάραντι* e corr.; omnes libri exhibent *ἔχων ἀδελφὴν εἰς Τάραντα* cui scripturae, falsae videlicet, Sintenis succurrere studuit transponens v. *εἰς Τάραντα* in v. 28.[1]) Infelicissime opinor! Nam in v. 23 Plutarcho certe addendum fuit, ubinam femina illa Tarentina versaretur, id quod non per se intellegitur, siquidem frater eius patria exul hostium vexilla sequebatur. In v. 28 vero plane superflua est vox *εἰς Τ.*, cum oppidum, quod antea commemoratur (*εἰς τὴν πόλιν*), nullum esse potest nisi Tarentum. Quae cum ita sint, correc-

---

1) Philol. I p. 141.

turam inter lineas St adiectam, quae ex optimo fonte hausta est (cf. infra p. 25), recipere non haesito.

Arist. II, 161, 15 *Συρακοσίου.*

163, 20 *ὑπεναντιοῦσθαι παρὰ γνώμην**; commode hiatum tollunt et sententiam explent verba *π. γ.*; nam enarratur Aristidem interdum Themistocli refragatum esse etiam salutaria ferenti praeter opinionem, *βέλτιον ἡγούμενος παρελθεῖν ἔνια τῶν συμφερόντων κτλ.*[1])

169, 30 *τοῦτο* om. libenter molestissimum profundimus additamentum.

171, 11 *πρὸ τῆς μάχης καθιερευθῆναι*; v. *πρὸ τ. μ.*, etsi non desideratur, tamen sententiae apta videtur; cf. Them. c. 13. Certe non video cur genuinam originem dubitatione perstringamus. 28 *φράσαι βασιλεῖ*; Plutarchus fere Persarum regem solo voc. *βασιλεὺς* significare consuevit, non addito articulo, cf. I, 231, 31. 233, 2 etc., passim in Agesilao; et imprimis verba simillima Them. 235, 25 *φράζειν βασιλεῖ κελεύσας.*

177, 9 *πρὸς* om.

178, 21 *αἰρόμενος,* C quoque.

182, 27 *μαχουμένους.* 29 *εἰς τοὺς Λακεδ.* C quoque.

183, 29 *τὸ Πτῶον* vide Hercheri commentarium.

184, 1 *μὴ βουλομένῳ* sc. *ἐμβαλεῖν.*

186, 30 *πρὸς τοὺς βαρβάρους.*

187, 10 *οὐδενὸς θέμις ἐστὶν*; cf. v. 13.

Cat. 194, 24 *παντάπασιν ἀγωνιστῶν*; miror qui haec splendidissima lectio Hercherum fugerit; nam nunc demum intellegimus quo iure v. *παντάπασιν* locum obtineat. Quomodo enim Catonis maiores omnino ignoti dici possunt, cum Cato ipse patrem et proavum praedicet? Immo proavi cum omnes bellicosissimi exstitisse videntur, tum praecipue istos duos propter insignem fortitudinem laudavit Cato. Qui a me dissidet immutet necesse est *ἄλλως* s. *τὰ μὲν ἄλλα ἀγνώστων.*

194, 29 *ἐκ τοῦ δημοσίου.*

196, 6 *παραθέντος**.

199, 13 *μαλασσομένους ὑπὸ τῶν ἡδ.*

---

1) cf. etiam Sauppe *Gött. Gel. Anz.* 1870 p. 1005.

200, 6 *ἐξελαύνειν*.

209, 24 *ἀλλ᾽ ἄνδρα*.

210, 3 *μετ᾽ αὐτοῦ τοῦ*.

214, 22—23 *κατέφυγεν* (C quoque) . . . . . *ἐκέλευσεν*; 32 *Μανίλιον*, cum C.

215, 14 *ἀποτιμᾶσθαι*, cum V.

222, 30 *φαβός*.

223, 25 *αὐτὸν ἐκέλευε*.

229, 28 *ἄργυρον*, D quoque de suo.

233, 22 *συγκοιμώμενον*.

Cim. 478, 1 *αἰνιττομένη τὴν μέλλουσαν ὡς ἔοικεν αὐτῷ**.

480, 25 *Γέλαν*; tandem barbara liberamur forma '*Γέλαι*'.

485, 8 *διήλλαξαν*; scil. *οἱ Χῖοι*.

490, 22 marg. *εἵλωτες*.

493, 14 marg. *στρατὸς*.

Luc. 503, 11 *Λουκούλλῳ*.

504, 5 *ὅπλων τε*.

505, 24 *ὑπορραγέντος*; cf. Il. *Θ*, 558 et *Π*, 300 *ὑπερράγη ἄσπετος αἰθήρ*.

528, 27 marg. *ἀδιαβηνῖται*.

530, 29 *θρυλούμενον*.

531, 22 *προτάγμασι*.

542, 13 *καὶ χειρὸς*.

545, 20 *ἀργυροῦ*.

554, 8 *δι᾽ εὐνοίας*.

555, 10 *βασιλέων*.

Quae in Nic. et Crass. dona offert St pretiosa hic non enumero (cf. supra p. 14 adnot. 2) praeter III, 32, 5 *ἔθυε καὶ διεμαντεύετο* e correctura; V quoque.

Agés. 143, 11 *συντρεφομένων* Mureti; cf. 144, 26 *συντετράφθαι*, II, 162, 20, I, 98, 15 al. Quod vero Sintenis ad defendendam vulgatam comparari iubet Lyc. 99, 10, nil ad nostram causam, cum illic sermo sit de amatore, qui pueris adiungitur (*συναναστρέφεται*).

155, 10 *φίλοι πρότερον ὄντες**.

156, 24 *τουτὶ μὲν οὖν*.

159, 15 *πορευώμεθα*.

162, 23 *καὶ ζυγομαχῶν*.

167, 9—10 *μηδίζειν τοὺς Λακεδαιμονίους*; praestat vocem gravissimo ictu praeditam praemitti; cf. etiam apophth. Lacon.

31 *ἐμοῦ μείζων εἶπε**.

171, 10 *μὴ βουλομένους αὐτοὺς*.

177, 13 *εἰς Κύθηρα* . . . . . . *ὑπεκθέσθαι*; hiatus et lacuna cum rasura indicant excidisse aliquid; an *νῆσον*?

180, 28 *Εὐώνου*; nonne optimo iure nomen rarissimum (Suidas: *ὄνομα κύριον*) usitatiori praeponimus?

181, 14 *ἐναντίοις*; cf. v. 15 *πολεμίοις*.

183, 30 *λειότητα*; cur simplicitatem (*λιτότητα*) papyri admiratus sit rex non facile perspicitur; levitate autem insigne fuisse inde colligas, quod usui erat ad chartam vestem stragulam texendam, cf. Plin. N. H. XIII, 71 sq.

185, 11 *Νεκτανέβιδι* e corr.

Pomp. 192, 16 *ἐξεδέξατο*.

194, 25 *κοινώσεσθαι*; 30 *πολλῶν ὄντων*.

195, 2 *ἔχειν ἔφη**; N quoque. 17 *τῶν ὕστερον ἀγώνων*; *ὕστ.* hic aeque reponendum ac 168, 16 ubi tota fam. X nitimur.

197, 30 *πλεῖν εἰς Λιβύην**.

198, 20 *ἀβελτερίας*; hoc v., in quo exarando omnes libri fluctuant, in St uno quoque loco per *ε* scriptum est: Publ. c. 3 bis, Per. c. 38, Fab. c. 1, Comp. Nic. et Crass. c. 5, hoc loco.

En plus centum quadraginta loci quibus St omnibus, quotquot servantur, libris praestat, et quibus imprimis diligentia vel minutissimis in rebus admiratione digna est. Quarum lectionum vel unam coniecturae deberi non metuo ne quis suspicetur, qui naturam consideraverit, praesertim talium locorum, quibus ordinem in St recte traditum videmus, cum in ceteris libris hiatu offendamur. Et parum probabile est librarium suas ipsius coniecturas, easque optimas, postea rursus reiecisse et delevisse, id quod saepius in nostro libro factum esset. Cognovimus igitur Seitenstettensem non solum suae familiae praesidem esse, sed omnes libros auctoritate et pretio superare.

Antequam autem ad ceteros fam. X codices perlustrandos me converto, de correcturis et adnotamentis libri nostri verba-

faciam, quibus una quaque pagina repleta est.[1]) Quorum triplex species distinguitur, primum scholia et argumenta manus saeculi fere 12 quae a corrigendo textu plane abstinuit, deinde emendationes manus recentissimae et foedissimae, tum magna moles correcturarum partim margini partim inter lineolas adscriptarum, partim in ipsum textum intrusarum genuina scriptura erasa, quas ab eodem librario, qui librum confecit, proficisci tenendum est; quae solae materiem disputandi hic praebebunt. Ac difficile non est maioris partis adnotamentorum indolem et originem exponere: fluxit nimirum ex exemplari quodam fam. Y, comparato a librario non eo consilio, ut textum emendaret, sed ut lectiones divergentes summa diligentia at nullo iudicio adnotaret. Unde nil lucri facimus nisi ut percipiamus alteram textus recensionem ortam esse ante saec. XI. Inquirenti autem in naturam libri illius unum enucleare licet, codicibus fam. Y inferioris notae adnumerandum esse, id quod colligitur et aliis ex locis et ex I, 159, 7, ubi deteriorum scriptura *λυσιτελές τι* margini adiecta est. Verum librarius, qua erat sedulitate, non satis habuit unum contulisse codicem, sed quotquot potitus est exemplaribus in usum suum convertit. Ita postquam ex illo fam. Y libro varias lectiones elegit, iterum incidit in exemplar suae familiae, et eo collato partim correcturas modo illatas rursus delevit — velut I, 156, 9; 162, 4; 163, 1; 184, 24; 193, 19; 203, 7. II, 182, 7 al. — partim novas lectiones discrepantes adnotavit, quibus efficitur alterum illud exemplar arctius cognatum esse ceteris fam. X libris, iisque vilioribus; e. g. I, 234, 23 v. *ἀνεχόντων* supra additur *ἐπ*, quod exhibet F^{a} item 302, 20 *ὅλοις* s. scr. = F^{a} C; 335, 12 *εἰς* = F^{a}; 355, 10 *πλεῖστοι* = F^{a} B; II, 196, 12 *μεμμίον* = L; 518, 20 *ταλαύρωνος — ἡμέρᾳ δὲ* = F^{a}; III, 44, 24 *ἐνεργοὺς* = F^{a} 142, 26 *μελητίδα* = F^{a}; 169, 1 *εἶναι* = F^{a} F; 204, 3 *ἀνῃρέθη δ᾽ ὁμοίως* = F.

Sed nondum exhausimus totum thesaurum correcturarum: restant etiam permultae, quarum originem indagare non possumus, cum ex iis libris, quos adire licet, eorumque fontibus non redundarint, velut I, 136, 13; 149, 22; 154, 15; 158, 21; 192,

1) earum certe vitarum, quae duplici recensione traduntur; in ceteris rarescunt correcturae.

27; 197, 17; 198, 6; 229, 6; 234, 29; 251, 5; 29; 264, 6; II, 170, 9; 193, 14; 209, 16; 511, 31; 516, 31; 518, 25; III, 31, 3; 63, 20 al. Attamen alicuius codicis auctoritate niti eas correcturas, neque ex ingenio procreatas esse incertum vix est, sed codicis mire abalienati a nostris libris. Quae discrepantia saepius ita explicatur, ut statuamus glossematis invectis turpatum esse librum illum, e. g. I, 136, 13 *ἀναπαύεσθαι* pro *ἐλινύειν*; 172, 1 *κολασέων* pro *ἐπιτιμίων*; 270, 14 *ἐν ἑτέρῳ* pro *ἑτέρωθι*; 281, 25 *σχολῇ* pro *σχέδην*; sed alii loci ea ratione depravati sunt, ut librarii fides admodum dubia et suspecta videatur, ut 137, 29 *ἐποποιΐαν* pro *ἀτοπίαν*; 160, 5 *παιδοτροφίας* pro *παιδοποιΐας*; 191, 11 *ἄλλοις* pro *πολλοῖς*; 199, 26 *κεκλιμένην* pro *κρεμαμένην*; 233, 12 *πορίζοντες* pro *ἐλπίζοντες*; II, 497, 1 *εὐπείθειαν* pro *εὐστάθειαν*; 518, 22 *χαλύβους* pro *χαλδαίους*; III, 147, 32 *τὸν θεὸν εἰπεῖν* pro *εἰπεῖν τινα* al. Contra maxime notabile est quod undecim locis ex illo libro desumptis veram Plutarchi manum recuperamus hisce: I, 116, 24 *ξενικὴν* (q quoque);[1]) 233, 31 *ἁλιτενεῖς*; 284, 3 *ἠρία*; 297, 29 *ἱδρύσειν* (cum C); 365, 23 *ἐν Τάραντι*; II, 490, 22 *εἵλωτες*; 493, 14 *στρατός*; 528, 27 *Ἀδιαβηνῖται*; III, 32, 5 *ἔθυε καὶ διεμαντεύετο*; 63, 23 et 64, 32 *ὁ Ἄγβαρος*; 185, 11 *Νεκτανέβιδι.*[2]) Quibus locis, etsi complures librariorum emendationibus non dissimiles sunt, bonam memoriam subesse vix quisquam negabit; librarius igitur libri illius optimum fontem depinxisse videtur, sed non ea qua opus erat cura, ita ut permulta corruperit atque interpolaverit. Nescio an cum fonte Matritensis arctius cohaereat liber ille, ad quam suspicionem adducit vox *ὁ ἄγβαρος* margini commissa Crass. 63, 23 et 64, 32, quae ni fallor emanavit ex Matritensis progenitore aeque ac III, 63, 22 corr. *συν* supra addita v. *προσφέρεσθαι.* Sed, utut res se habet, pro certo constat omnes correcturas St librorum manuscriptorum auctoritatem prae se ferre.

1) hanc lectionem archetypo X vindico ea de causa quod q consentit, qui eam ex libro quodam fam. X prompsisse videtur, et credo St in ipso exarando vitium perspexisse et correxisse, id quod saepius factum putes talibus locis quales I, 157, 28 *ἀνθύπ*^{ει}*ξις*; 181, 29 *λογ*^{ϊ}*ωτάτοις*; 30 *συν*^{σο}*εφιλοφησε*; 197, 2 *ᾠ*^{ου}*το*; 345, 19 ^{θυ}*μελικὰς* al.

2) de II, 507, 12 *τούτῳ* non assentior Michaeli p. 23.

Iam vero ad reliquam archetypi X prosapiam investigandam transeamus, ex qua nova fundamenta artis criticae erui posse in tanta Seitenstettensis praestantia ne exspectaveris; neque omnino exspectari potest, nisi iis locis, quibus casu et St et fam. Y pro sua quemque parte foedatum videmus, cuius rei exempla expisceris perpauca, ut I, 129, 32 *συνοικειοῦντος* F^aL (— *ες* St Y); 348, 20 *προεχώρουν* F^aB (*προσεχ.* cet.); II, 186, 16 *ἦλθε τᾶδ' αὐθήμερον* F^aL[1]) (*τᾶδ'* om. cet.; sed hoc supplementum non liberum a multiplici dubitatione cf. Herwerden Mus. Rhen. 35, 467); 490, 22 *ἀναρπασόμενοι* F^a (*συναρπ.* cet.); 539, 26 *ἀρχῆς ἀτιμίαν* F^a (*ἀρχὴν ἀτιμίας* cet.); 551, 23 *κατακλύσαι* F^aB (*καταλῦσαι* cet.); III, 160, 13 *μόρας* F^aF (*μοίρας* cet.); 156, 6 *περιϊόντι* (*περιόντι* St Sg AC). Tales vero lectiones quales I, 146, 19 *τὰς ἱερὰς βίβλους* F^aL (*τὰς ἱερὰς κύρβεις* St Y cf. v. 15 *τὰς ἱερὰς βίβλους*) et III, 168, 17 *Θηβαῖοι* F^aF (*Ἀθηναῖοι* St Y) a librarii ingenio duci posse facile concedet, quicunque ea, quae infra disputabo, probaverit. Ceteroquin illi libri innumeris locis probarum Seitenstettensis lectionum auctoritatem confirmant et, id quod etiam maioris momenti est, pravarum quoque.[2])

E quinque codicibus primo loco commemorabo Parisinum 1676 F^a, cuius scriba non is est, cui nimiam fidem habeamus. Etenim cod. F^a non modo permultis mendis errore scribae vel lapsu calami ortis inquinatus est, non modo saepissime bonas fam. X lectiones falsis et depravatis fam. Y permutavit, sed scatet etiam eiusmodi corruptelis, quibus improbum librarii studium novandi et corrigendi primo obtutu cognoscitur. Ita saepius miro modo a ceteris recedit atque adeo infuscatus est, ut vix

1) si modo fides Sinteni.

2) maiorem fructum ex istis libris repetere possumus in iis tantum Lycurgi Fabii Pompei partibus, quae in St interierunt, cui muneri Sintenis non iam satisfecit; e. g. scribendum est secundum F^aL I, 79, 15 *ὁρκίων καὶ ὁμολογιῶν*; 82, 25 *ᾧ διαφέρουσιν* (*διαφέρουσιν* cet. unde CS e correctura *διαφέρον*); 84, 22 *Ἑλλανίου* — *Ἑλλανίας* Bryani; 92, 5 *κατατεταγμένους* al. At saepius perperam Sintenis contra St Y eorum scripturas arripuit, ut I, 124, 5 *ἐμπείρου*, quae mera coniectura est pro *ἐμπύρου*; 355, 10 *πλεῖστοι* pro *λοιποὶ*; II, 164, 17 *ἀντιστῆναι* pro *ἀντιβῆναι*.

intellegatur unde vitiosa scriptura originem ducat, e. g.: I, 85, 25 *ἔχειν μὲν τιμῆς* pro *ἄρχειν μὲν βουλῆς*; 106, 1 *ἐνκαινίζεσθαι* pro *ἐγγίνεσθαι*; 187, 16 *ὁρῶν δὲ εἷς μὲν ἕκαστος τὰς ὡρμημένους* pro *ὁρῶν δὲ τοὺς μὲν πένητας ὡρμ.*; 221, 11 *φαίνονται* pro *γένωνται*[1]); 259, 13 *ὑποδεξάμενος* pro *ὑποζευξάμενος*. 269, 23 *ἔγραψε* pro *ἔβλαψε*; III, 145, 4 *φθισιβρότου* pro *φθερσιβρότου*. Et qua ratione omnia quae difficiliora ad intellegendum erant, quaeque saucia ei videbantur, correcturis maxime puerilibus sanare studuerit paucis exemplis illustrare liceat: velut I, 246, 16 vitium irrepserat in X *αἱρετρικῆς* pro *ἐρετρικῆς*, quod cum sensisset F^a corrigendi cupiditate pellectus mutavit in *αἱρετικῆς*; haud aliter 239, 19 v. *πυλαγόρων* male intellectum depravavit in *πυθαγόρων*; iam vero 256, 14 librarius X nomen *Κόσσιος Λικίνιος* parum dispectum forma *Λὶκίνιος* reddiderat; sed F^a, cum suum Plutarcho restituere vellet, duo nomina fingens *καὶ κίννιος* scripsit. Hic praeterea vituperandum est, quod 299, 26 scripturam mendosam fam. X *πόπῳ* ex *πότῳ* corruptam in *τόπῳ* correxit, quod 313, 12 pro nomine *Ἰκτῖνος* ex ingenio *ἔκ τινος* reposuit, quod III, 154, 7 verbo *ἀσπασομένου* praetulit v. *ἀποσπασομένου*, quod denique I, 259, 7 sententiam mancam, ut videbatur, v. *ἐστιν* supplevit. Quae cum cognoverimus quis mirabitur quod levissimis in rebus F^a bis omnes libros superat, primum I, 311, 4 *τοῦτο μάλιστα* (*τούτῳ* cet.) deinde III, 146, 17 *δεηθεῖσι* (*δεηθείς* cet.) quas egregias lectiones divinando deberi obscurum non est.

Parisinum F^a virtute excipit Par. L, modo praestantior, modo corruptior, ceterum cum St non minus arcte cohaerens quam ille. Verum mendis indagatis ne huius quidem libri auctorem crimine interpolandi plane absolvam, immo similis videtur fuisse ingenii et studii ac F^a, quae suspicio his munitur exemplis: I, 108, 17 *διαφοράς* in L scriptum est pro *διατριβάς*; 108, 8 *χρησμόν* pro *χρηματισμόν*; 122, 14 *ἀποδέδωκε* pro *ἀπέδωκε*; 123, 22 *ἐκτός* pro *αὐτός*; 133, 6 *ἡμέραν* pro *ἡλικίαν*; 213, 5 *προισταμένοις* pro *προιππασαμένοις*; 214, 29 *γράμμασιν* pro *στέμμασιν*; II, 196, 13 *μεμμίου* pro *μανίου*, quorum

1) minime Sintenis sententiae subscribo, qui v. *φαίνονται* leniter mutatum recepit.

numerum etiam augere possum; ergo codicis L praesidio ubique facile caremus.

Quae de L disserui paene repetere licet, cum ad libri F condicionem describendam accedo, quem in vitis Ages. et Pomp. Parisini L partes suscepisse existimes. Et eius quoque fides laeditur interpolationibus ut III, 204, 3 *ἀνῃρέθη δ' ὁμοίως* pro *ἀνὴρ ὁμοίως*; 211, 25 *πολλαχόθι ἀκτικὰ καὶ φρυκτώρια πειρατικὰ τετ.*; 219, 18 *συνήθεις* [*φίλους*]; 165, 20 *προσηγορίᾳ* pro *προσωνυμίᾳ*; 184, 12 *ἀναγκασθεὶς* pro *ἀναγορευθείς*; 208, 28 *ἦλθεν* pro *ἦν*; 31 *γενέσθαι* pro *ποιεῖσθαι*.

Denique quid de codice B iudicem incertus sum, in vita Fabii certe fam. X memoriam non minus constanter amplectitur quam F^a, nonnunquam etiam magis corruptum se praebet. Num autem tales differentiae quales 348, 10 *πανταχόθεν* pro *πάντοθεν*; 362, 16 *ἀγάσαιτο* pro *ἠγάσατο*; 370, 5 *ἀνατρέψειν* pro *ἀποτρέψειν* ansam dent ad infamandam librarii diligentiam, in medio relinquo.

De Marciani 385 autem indole nil habeo quod proponam, nisi quod, quantum quidem ex parcis fragmentis a Michaeli emissis colligitur, modo propius ad St bonitatem accedit, modo longius remotus est quam ceteri.

Absoluto totius progeniei X recensu, iam inquirendum est, quibusnam cognationis vinculis inter se coniuncti sint libri illi. Atque hoc primum demonstratum volo Seitenstettensem nequaquam fontem ceterorum fam. X librorum esse[1]); quod cum per se parum veri simile sit, cum respicimus naturam libri correcturis aetate aequalibus repleti atque obscurati, quarum magna pars certe falso in apographum fluxisset, plane refellitur, siquidem multa menda Seitenstettensis in ceteris evitata videmus, quae non omnia ea sunt ut scribae opera expelli potuerint. Gravius etiam est quod complures in St hiant lacunae quas ceteri recte explerunt, ut I, 108, 4; 125, 24; 218, 8; 229, 3; 242, 15; 244, 24; 252, 13; 259, 5; 264, 14; 269, 31; 286, 30; 300, 24—25. II, 179, 30; 195, 20; 197, 1; 218, 8; 528, 27. III, 205, 19, quibus evincitur ad St non revocandos

1) quod statuit Michaelis p. 7.

esse ceteros familiares. Hic opponat quispiam, quoniam aliis locis deteriores libri deserto familiae patrocinio in fam. Y tutelam se dederunt, idem illis locis factum esse. Sed quis sibi persuadebit etsi saepius correcturas ex fam. Y emanasse constat (vide infra p. 32) fortuito omnibus locis permultis in uno St depravatis aut mutilatis a ceteris libris medelam repetitam esse ex familia Y? Videmus igitur sua via deteriores libros ad archetypum X redire, non per St.


Cui argumentationi statim subiungam quaestiunculam de ceterorum librorum conexu. Etenim facile intellegitur, quamvis arctis vinculis comprehendantur, nullum eorum ex alio descriptum esse. Ac Marcianum quidem qui aetate omnibus praecedit, librorum F^a et F fontem non esse una affatim comprobatur lacuna: III, 190, 17 ubi verba *ἅμα τῷ — ἔλαθε καὶ* interierunt; ex F^a autem qui isti vetustate succedit nullum recentiorum fluxisse plane elucet quia in iis vitis, quas L quoque continet, in illo hi reperiuntur defectus: I, 159, 23—25 *ἀνδρὸς — αὐτὸν* om. 160, 28 *αὐτοὺς* om. 200, 19 *οὐχ ἑαυτὸν* om. 209, 3 *δὲ τούτων* om. 214, 26—27 *παῖδες — ἐπρώτευσε* om.; deinde quod in Ages. et Pomp. praeter alia 156, 4 v. *ταῦτα*, 203, 5 v. *ἐκείνου* desunt, et 142, 26 v. *Ἰωνίας* legitur, cum F vulgatam secutus *Εὐπωλίαν* exhibeat; denique quia in Fab. lacunam codicis F^a 341, 25—26 (*ἀπάθειαν — εὐλάβειαν* desiderantur) recte explevit cod. B.

Iamne igitur statuamus deteriores libros fam. X sua quemque via ad archetypum X redire aeque ac Seitenstettensem? Age igitur accuratius examinemus menda, qua de causa primum codices F^a et L componam. Qui libri a St non tantum permultis locis una cum omnibus libris (etiam fam. Y) dissentiunt — e. g. illis ubi germanam lectionem e solo St excussimus — neque solum pro se quisque aliquot menda commiserunt, (cf. supra p. 27) verum etiam multis communibus vitiis laborant, in qualia casu utrumque librarium incidisse omnem fidem excedit. Pauca exempla in promptu habeo: I, 106, 23 F^a et L praeter omnes ceteros articulum *τὸ* v. *πλῆθος* adiunxerunt; similiter 149, 30 coniunctio *καὶ* accedit post v. *αὐστηρὰ δὲ*, et 122, 6 praepositio *περὶ* voci *οἱ τὸν Φόρβαντα*; iam vero uterque liber

118, 24 τεθνηκότος pro τεθνηκότα praestat, 125, 28 συνεωρουμένων pro συναιωρ.; 137, 12 ἀρχῆς pro εὐχῆς; 148, 16 μᾶλλον pro καλὸν; 160, 14 φόβων pro νόσων; 204, 4 ὑπαρχόντων pro ὑπάτων. Quibus exemplis evidens est, codices F^a et L non recta via ad archetypum X redire ut Seitenstettensem, sed intercedere unum vel duo membra, communem utriusque fontem, quibus ea vitia debentur. Sed pergamus. Ut in Lyc. Num. Sol. Publ. Arist. Cat. F^a et L eadem ratione maculatos cognovimus, ita in Ages. et Pomp. menda quae et F^a et F propria sunt, facili opera inveniemus. En pauca exempla quae protulisse satis erit: 149, 2 F^a et F μνημονεύουσιν tradunt pro μνημονεύοντες; 168, 29 θεράπναις pro θεραπείαις (St); 178, 4 πράγματος pro προστάγματος; 203, 19 μοντίνῃ pro μουτίνῃ. Efficitur igitur etiam codices F^a et F a communi fonte proficisci, qui ipse demum ad principalem fontem X redire putandus est; et ne longus sim, eadem via et F^a et B ab archetypo derivandos esse his apparet locis: I, 342, 26 in F^a et B leguntur ἀποδούσης pro ἀπᾳδούσης; 344, 21 πλῆθος pro πλεῖστον; 345, 17 ὅρια pro ὄρη; 353, 9 τι om. in utroque; 366, 3 συμμιγής pro συμμιγνύς. Quod autem ad Marcianum attinet optime accidit quod ex parcissimis, quae mihi innotuerunt, fragmentis aliqua saltem repetere licuit indicia, quae satis insignia fore spero; conspirat enim M contra ceteros cum F^a et L II, 161, 13 ἐδέξαντο pro ἀνεδέξαντο; 194, 26 στρατιώτην pro στρατιωτικόν; 195, 20 ἤθους [καὶ]; cum uno L 161, 1 μάλιστα pro μέγιστα; 194, 22 βίον δὲ καὶ δίαιταν pro δ. δ. κ. β., deinde cum F^a et F III, 144, 9 παιδίον pro παιδάριον; 189, 2 εἰ pro ᾗ; 190, 23 ὁρμῆσαι pro ὁρμὴ; cum uno F 144, 14 φάναι τῇ Τιμαίᾳ; 145, 8 βασιλεύει pro βασιλεύοι, ita ut ei quoque communem fontem cum F^{a}L et F^{a}F vindicare concedatur.

Iam intelleximus arctioribus vinculis cognatos esse F^a et L et M, F^a et F et M, F^a et B, atque inter singula paria librorum et archetypum X unum saltem interpositum esse membrum, a quo menda singulis communia originem ducunt: num igitur audacius agam aut nimis a vero aberrabo, si coniciam hos omnes archetypos singulorum parium unum et eundem esse, quem totum repraesentat F^a, cuius particulas tantum praecide-

derunt MFLB, vel, quod eodem redit, fragmenta vitarum, quae tradunt FLB, (scil. B in Fab.) omnia ex eodem libro descripta esse, cum F^a et M arctissime coniuncto, praesertim cum reputo condicionem simillimam librorum FLB, quam supra delineavi? Iuvat stemmate illustrare qualem mihi fingam librorum fam. X necessitudinem.



Vix opus est monere num inter X et St atque inter X et Z alia deverticula posita sint non posse evinci, neque ullius esse momenti. Unum addere liceat, eam stirpem fam. X ex qua perpaucae lectiones in fontem codicis q traductae sunt (cf. supra p. 12) et ipsam pendere ex archetypo Z, id quod docent cum alii loci tum I, 146, 19 τὰς ἱερὰς βίβλους = F^{a}L. 148, 16 μᾶλλον pro καλὸν = F^{a}L; II, 183, 32 καταστῆναι pro παραστῆναι = F^{a}L.

Iam vero non absonum puto paucis diverti ad illius archetypi Z speciem instaurandam: apparebit etiam plus quam singulas propagines saevisse in textum communem progenitorem. Sufficit nonnullos locos conducere, qui in F^{a}LM sive F^{a}FM sive F^{a}B aeque corrupti fallacem et improbam librarii manum manifestam reddunt: I, 124, 5 ἐμπείρου pro ἐμπύρου; 126, 26 καταρρηγνύμενα pro καταπηγνύμενα; 137, 12 ἀρχῆς pro εὐχῆς; 140, 23 πάντων pro πασῶν; 160, 14 φόβων pro νόσων; 173, 25 ὄντων pro οὐσῶν; 195, 25 κίνδυνον pro οὐινδίκιον; 199, 27 δυσπρόσωπον pro δυσπρόσοδον; 204, 4 ὑπαρχόντων pro ὑπάτων; 344, 21 πλῆθος pro πλεῖστον; 355, 10 πλεῖστοι pro λοιποὶ; II, 194, 26 στρατιώτην pro στρατιωτικόν; 161, 1 μά-

λιστα pro *μέγιστα*; 199, 4 *εὐτελές* pro *ἀφελές*; 15 *πολιὸν* pro *πολὺν*; 218, 21 *συμβουλεύεσθαι* pro *συλλούεσθαι*; III, 149, 2 *μνημονεύουσιν* pro *μνημονεύοντες*; 169, 1 *εἶναι* pro *γεγονέναι*. Cautissime igitur prospiciendum est ne in iis partibus, quae in St interierunt, doctrinam librarii Z ab archetypo X derivemus, huic honorem imminuentes.

Verum summas adhuc difficultates neglеximus, quae si non expedientur idoneae sunt quibus totum aedificium artificiose exstructum funditus evertatur. Primum enim qua ratione factum censebimus ut illae 140 lectiones praestantissimae unius Seitenstettensis, quas supra enumeravimus, a nullo ceterorum fam. X librorum praebeantur, nec simpliciter depravatae sint, sed ad consensum familiae Y? Quem in numerum eos quoque locos refero, quibus St ab omnibus ita discrepat, ut ex argumento disceptari non possit in utra parte Plutarchi manus deprehendatur, velut I, 165, 13 *πρώτοις* St — *ἀρίστοις* cet.; 199, 17 *πρότερον* — *πρῶτον*; 232, 32 *ἐσθῆτι* — *ἐσθῆσι*; 274, 5 *πόλιν* — *Ῥώμην*; 287, 21 *ὀνομάζουσι* — *καλοῦσι* al., quibus St, cuius scriba novando operam dare non potuit, solus genuinam fam. X memoriam servasse existimandus est. Accedit vero altera difficultas, quae etiam graviora exhibet negotia, scilicet quomodo explicetur, quod deteriores fam. X libri inter se non semper consentiunt in alterius familiae lectionibus praeferendis, sed quod saepissime alter codex fam. Y sequitur, ubi alter fam. X fidem servavit, velut e. c. III, 197, 21; 31; 198, 7; 18; 199, 22; 200, 22; 202, 2; 27; 28 solus F^a cum St facit, cum F ad fam. Y transfugerit, contra 198, 11; 199, 9; 12; 203, 4; 6; 9; 17 F^a solus de communione fam. X discessit; quam eandem discordiam inter F^aL M[1]) et F^aB primo obtutu compluries cognosces.

Ac priorem difficultatem duplici via explanare licet: primum fieri potuit ut probae illae lectiones in St penetraverint

1) nequis de M incertus sit haec promo exempla: II, 160, 27 *γεγενημένας* = Y (*γενομένας* StF^aL); 194, 30 *μὲν* om. = Y (hab. StF^aL); deinde una cum YF^aL impugnat Seitenstettensem: II, 194, 29 *δήμου*; 24 *ἀγνώστων*; 196, 6 *παραθέντι*; III, 143, 11 *συστρεφομένων*; 146, 21 *καὶ καθάπερ γὰρ* al.

ex alio nescio quo exemplari nunc deperdito; quod parum verisimile est. Altera est ratio ut suspicemur deteriores fam. X libros inquinatos esse exemplari quodam familiae Y; atque hac una via recte procedi posse altera quaestiuncula demonstrat: necesse est statuamus libros F^aFLBM correctos esse ad exemplar fam. Y. Sed quid tum? Num credibile est unum quemque familiarem pro sua parte casu cum libro quodam fam. Y collatum itaque emendatum esse, id quod e diversitate correcturarum colligas? Minime sed unus Z correctionem passus est, atque ita quidem ut partim ipse contextus obscuraretur emendationibus, partim correcturae inter lineolas immitterentur sive margini adscriberentur. Cum autem singuli librarii F^aM LFB libros conficerent, permultas quidem correcturas omnes receperunt, ceteras, quae inter lineolas sive in margine exstabant, alius praetermisit alius respexit. Quam rationem paucis exemplis perspicuam reddere iuvat; velut III, 143, 11 correctoris mutationem in textum intrusam (*συστρεφομένων* pro *συντρ.*) nec F^a nec M nec F effugere potuit, neque II, 194, 29 ubi litterae *οσι* verbi *δημοσίου* rasura deletae erant; at II, 194, 31 voculam *δὲ* supra scriptam a correctore F^aL receperunt, non M, III, 198, 6 v. *καὶ μηχανὰς* margini Z assignatam F^a tantum restituit cum F neglegeret, similiter ac I, 350, 27 v. *πολλὰς* a correctore inspersum B omisit quod F^a ascivit, et III, 193, 6 puncta verbis *εἴκöσι κ̈αὶ τρία* adiecta unus F^a advertit, itaque ordinem verborum ad fam. Y conformavit. Sic opinor omnes scrupuli tolluntur et clare persequimur, quo pacto libri F^aFL BM sive omnes sive singuli multis locis a familiaritate Seitenstettensis abalienati sint. Neque iam mirum videbitur quod, ut duobus exemplis utar, II, 161, 1 ML una lectionem *μέγιστα* corruperunt in *μάλιστα* non F^a, aut I, 118, 24 F^aL falso exhibent *τεθνηκότος*, cum M sanam lectionem *τεθνηκότα* defendat: elucet *μάλιστα* et *τεθνηκότος* primario textui Z deberi, *μέγιστα* et *τεθνηκότα* correcturis ex Y haustis.

Ac valde gaudeo quod talem codicis Z condicionem certissimis indiciis efficere datur. An ea quae disputavi non confirmantur, cum verba a St errore omissa in F^a falso loco inserta videmus, ut I, 269, 31 in voce *ὑπεκκλῖναν τὴν ἐπιφορὰν*

ἐκ τοῦ πεδίου v. *τὴν ἐπιφορὰν*, quae in St interciderunt, post v. *ἐκ τοῦ πεδίου* collocat F^a^, aut 348, 27 v. *ἀπ᾽ ἀλλήλων* a St intermissa post v. *φλογός* transtulit F^a^B. Quae res expeditur si suspicamur voces illas, quas archetypus X omiserat, a correctore Z non satis accurate inter lineolas vel in margine insertas esse. — Age vero aliud genus discrepantiae indagemus quo rationem nostram tutemur: I, 273, 2 vocula *τι*, 273, 32 v. *ἄγων* in St alio migrarunt atque in fam. Y, cum in F^a^ perierint, non secus ac II, 223, 30 v. *τὸν ἄνθρωπον* aut 231, 13 v. *ἁπλῶς* in F^a^ non leguntur in quibus locandis St et fam. Y dissentiunt; quid inde concludimus? corrector Z in conferendo libro verba illa quae non suo loco posita videbantur expunxit, sed recto reponere oblitus est. Quibus argumentis id denique haud inepte aggeritur, quod hic illic in stirpe libri Z formae quaedam in offensionem incurrunt, quas mixtas esse ex lectionibus fam. X et Y facile unusquisque concedet; e. g. I, 132, 30 lectionem X *διβιδαιναν* et Y *οὐβιδαιναν* F^a^L confuderunt in *διουβιδαιαν*, I, 245, 22 habet St *αὐτὸς συντεταγμένος*, Y *αὐτοῖς συνταττομένοις*, quas formas F^a^ conglutinavit in *αὐτοῖς συντεταγμένοις*; deinde I, 261, 10 v. *Λιπαρέων* ab X depravatum est in *Λιπαραλίων*, F^a^ autem, cum correcturam ex Y repeteret, articulum fam. X retinuit: *αἱ Λιπαρέων*; III, 190, 1 denique in Z correctum erat *ἓν* (supra: *καὶ*) *ἀπομνημόνευμα*, unde F^a^, cum punctorum rationem non habuisset, in suum librum transtulit *καὶ ἑναπομνημόνευμα*, F recte e sententia correctoris *καὶ ἀπομν.* reddidit. Cuius autem ordinis fuerit exemplar correctoris Z, ut hoc unum in fine quaestiunculae etiam absolvam, in obscuro non est, siquidem multae lectiones, quas sanas perhibent soli St et Sg aut StSgA aut ASt[1]), ceteris eadem via depravatis, satis docent, adnumerandum esse gregi librorum inferioris notae.

Nunc vero, postquam perspeximus quaenam necessitudo intercedat inter singulos fam. X libros, et quo itinere ad communem fontem X redeant, firmis subsidiis nixi imaginem ar-

1) e. g. St = Sg: I, 154, 2. III, 167, 2; 184, 30; 201, 31. St = A: I, 232, 27; 233, 24; 248, 30; 258, 15; 264, 32; 286, 28 al.

chetypi X reficere et depingere possumus, quod summum et praecipuum totius quaestionis est, quoniam hoc demum negotio suscepto auctoritatem fam. X recte ponderare et examinare atque cum fam. Y comparare licebit.

Sed antea summatim oculis opponendum est, quibusnam indiciis meram fam. X memoriam excudamus, non infectam erroribus aut temeritate singulorum librariorum. Ex iis quae disseruimus discitur Seitenstettensem plerumque instar archetypi esse, nisi dilucidis corruptelis solus laborat; sed et mendorum, quae in uno St offendunt, partem non ipsius scribae, sed archetypo X necessario attribui, tum cum in ceteris libris emendatricis manus opera emergit. Ceterum ea menda quae St et ceteris, sive singulis sive cunctis, communia sunt in X orta esse vix est quod moneam. Primum igitur computemus, quotiens textus Plutarcheus per X purior et emendatior ad nos pervenerit quam per Y; quos locos deinceps enumerare non absonum censeo, quia non semel sententiam meam argumentis comprobare ac firmare coactus ero. Sunt autem loci hice:[1])

Lyc. **103**, 21 *αὐτᾶς*. **104**, 21 *κάρρονες*. **105**, 24 *ὁρώντων*. **106**, 7 *ὥς τις*; 8 *ἀπὸ τῆς νίκης*†[2]); 21 *στρατειῶν*; 22 *διαμονὴν*; 23 *συνέστησεν*; 24 *τεταγμένων*; 26 *δὲ καὶ*; 30 *περὶ τὸν Ἴφιτον*. **107**, 11 *ἕτερον εἴη*; 26 *ἀσχολίαν*. **108**, 13 *ἀκράτως*. **109**, 4 *τήνου κάρρονας*. **110**, 8 *τὰ περὶ τὰς ταφὰς*. **112**, 7 *στρατείᾳ*; 14 *ἐγγενέσθαι* cf. Cobet Mnem. VI, 158. Michaelis p. 13. **114**, 20 *κατέλυε*. **115**, 4 *ἀνθρώποις εὐπείθειαν*; 13 *οἰκοῦντες Ἕλληνες*. **116**, 20 *τελευτῆσαι δ᾽ αὐτὸν*†; 18 *μετὰ τὴν τελευτὴν καὶ γενέσθαι ἃ τῷ*†.

Num. **117**, 30 *Λακωνικῶν*; 31 *Νομᾶς μὲν γένος ἦν*† ut opponantur *Νομᾶς μὲν . . . . Σαβῖνοι δὲ*. **119**, 2 *ἤρισαν δὲ*; 23 *γινόμενον*. **120**, 6 *Ρωμαῖον*; 13 *πρωτεύοντας*; 16 *καὶ Κυρίτας*; 20 *δεκαμιᾶς*; 27 *κάθειρξιν*. **121**, 6 *ὑπέμενεν*; 27 *ὁσίου* cf. Cobet p. 128. **123**, 5 *ἐποιήσαντο*†; 23 *ἐπιβουλεῦσαι*. **124**, 9

1) praeter eximias illas St lectiones, quas p. 15—23 congessimus, et paucas in Z pure servatas p. 26.

2) crucis siglum iis adiciam lectionibus, quae ab editoribus (s. Sinteni s. Herchero s. Fuhrio) nondum receptae sunt.

ἐχθαίρειν. **125,** 10 *προῆγεν.* **126,** 2 *τριακοσίων δορυφόρων*†, satellitum, qui alibi *ῥαβδοῦχοι* vocantur; 12 *ἱερεῖς.* **127,** 2 *τιθασεύων.* **131,** 20 *ἐν ᾗ τις.* **132,** 4 *ἱερέων.* **133,** 13 *εἰρηνοφύλακες.* **134,** 1 *πέρας ἔχειν*†; 21 *ὃν Ἠγερίας.* **135,** 14 *ἐπεζωσμένοι*; 17 *ἑλιγμούς τινας.* **136,** 2 *οὐ Οὐετούριον*; 3 *ἀλλὰ Οὐέτερεμ.* 27 *τῶν ἄλλων παραγγελμάτων*; 32 *πρὸς πολλοὺς*†. **137,** 5 *τὴν γῆς ἐξημέρωσιν.* **139,** 29 *ὑπερμαχητικὸν.* **141,** 21 *ἐπὶ Ρωμύλου*; 31 *καταφέρουσιν.* **142,** 7 *τιθεμένοις*; 13 *τινές δέ φασιν οὐ διὰ τὴν Ἀφροδίτην*†; 16 *ἀνοίγοντα καὶ ἀνακαλύπτοντα.* **143,** 10 *πάνυ παλαιοῖς.* **144,** 9 *πόρπαξιν*; 12 *οὐκ ἔστι*† necessarium propter metrum. cf. Bergk. Lyr. III, 573; 32 *συγκατασχηματίζονται*†. cf. Mor. 442 D. **146,** 28 *ἐπεξερχόμενον*; 30 *ἐπὶ τοσαύταις.* **147,** 2 *διαγενομένων*; 13 *μείζων ὁ κατόπιν καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν*; 20 *Ὀστίλιος.*

Comp. **149,** 1 *ἀκρατῶν*; 18 *νὴ Δία πρὸς τὴν*†. **150,** 14 *μηδέπω πολλῆς μηδὲ μεγάλης ἀνισότητος οὔσης τοῖς βίοις ἀλλ' ἔτι ὁμαλῶν*†; 26 *τεκνώσεις*; 28 *εἰς ταὐτὸ*†. **151,** 6 *ἀπάθεια πρὸς γαμετὴν ἐκταράττοντα λύπαις καὶ ζηλοτυπίαις τοὺς πολλοὺς*†; recte omisit X v. *ζῆν* dittographia videlicet intrusum, sed non assentior Reiskio et Cobeto v. *λύπαις καὶ* delentibus; num recte in X v. *καὶ κατακαίοντα* interciderit nescio, nec multum refert ad sententiam restituendam, quo in munere Sinteni nequaquam adstipulari me patior. Equidem collato capitis initio et Lyc. I, 96, 10 sq. talem fere desidero sententiam: *ἢ ταῦτα μὲν ἀπάθεια πρὸς γαμετὴν μὴ ἐκταράττοντα λύπαις καὶ ζηλοτυπίαις τ. π.* et distinguo inter *λῦπαι* et *ζηλοτυπίαι*: v. *λύπη* enim interpretor aegritudinem eius qui, cum mulierem pereat nuptam, amori satisfacere prohibetur, *ζηλοτυπία* est sollicitudo mariti, cuius coniunx alius amore flagrat aut ab alio amatur; qui uterque Lacedaemone per liberas Lycurgi leges esse non solebat. **151,** 15 *λοιδοροῦσιν*; 20 *συνερραμμέναι.* **152,** 5 *εἰς θεοῦ*; 24 *ἀναφέρειν.* **154,** 14 *ξένῳ τε*; 18 *πάντας προσαγαγόμενον καὶ συναρμόσαντα.*

Sol. **156,** 6 *πεπᾶσθαι.* **157,** 2 *παίζων ἔοικε*; ib. *τέρπων*†; (*-ειν* F[a] L); 14 *τῶν πότε σοφῶν*†; 20 *μόνου* (B[ab] quoque); 28 *γενομένη.* **158,** 6 *ἑκουσίως τῶν Κώων*; 14 *εἰς Μίλητον*; 16 *καὶ τέλος εἰς*†; quod praeferendum censeo, quoniam

ita in concludenda periodo sermo commodius variatur; 17 *τεθρύληται*; 25 *ἀποκριναμένου*; 26 *Σόλωνος ὥς*; 30 *κατασχεῖν.* **160,** 27 *περὶ γάμου καὶ γενέσεως παίδων διαμαχομένους*†; dudum suspectum erat v. *διαλεγομένους* fam. Y, praesertim addita voce '*στερροτέρᾳ τῇ φύσει*'; quid est 'duriore natura colloqui'? Multo fortiorem vim prae se fert v. *διαμάχεσθαι* 'decertare, semper pugnare' scil. cum natura. Sed tum corrigendum esse *στερρότερον τῇ φύσει* docuit me Lipsius. **161,** 8 *πεπρᾶχθαι*†; nullo modo defenditur v. *πεπαῦσθαι*, id quod Sintenis agebat. Rectum vidit, ut saepius, Bryanus, qui *πεφράχθαι* reposuit, et ei coniecturae favet lectio fam. X. cf. Plut. Dem. 12. **163,** 31 *αἱ Αἴαντος υἱοὶ*† vix recte articulo caremus. **164,** 15 '*Ὑψιχίδας*†; sanam nominis formam per ῐ scribi suspicor, quia in duas particulas dirimendum est, radicem *υψ*, suffixum *ιχιδας*. Conicias exstitisse olim nomen '*Ὕψιχος* — ut erat '*Ὑψίων* — quod suffixo *ιδης* amplificatum est in '*Ὑψιχίδης*, cf. Fick, '*griechische Personennamen*' p. 43. In forma '*Ὑψηχίδας* duarum radicum vestigia inessent, quae conglutinari vix poterunt. **165,** 13 *εἰς τὸ μέσον*†; 24 *οὕτω δὴ.* **166,** 22 *εἰς τοσαῦτα μέρη.* **167,** 4 *ἐπὶ τὴν ξένην*; 10 *καὶ τὴν γῆν.* **168,** 4 *οὐκ ἔφευγον*; 32 *ἀσκὸς ὕστερον*† cf. Egginkii '*observ. in Sol. etc.*' p. 37, quibus addas Plat. Euthyd. 285[d]. **170,** 12 *δουλείην*; etsi non integrum, tamen propius ad genuinam lectionem accedit quam v. *δουλοσύνην*, quod pro mero interpretamento habendum est. **172,** 19 *ὃ μέτρων ἦν*†; si scriberemus cum Y et editoribus *οἷς μέτρον ἦν*, v. *μέτρον* in duobus deinceps enuntiatis arctissime cohaerentibus duplici sensu usurparetur, cum bis esset 'modius' (v. 15 et 17 cf. 169, 28), tertio loco 'mensuram' sive 'censum' significaret. Quam difficultatem ut evitemus, revocamus v. *ὃ μέτρων*; 32 *κυρίους ὄντας.* **173,** 1 *ἀξίωσιν*; non studebat Solon '*ἐξισοῦν*' plebis nobiliumque potentiam, sed tueri alteros ab alterum iniuriis. Neque in toto capite agitur de exaequatione civium, sed de augenda plebis auctoritate cf. 172, 29. 173, 9 ita ut v. *ἀξίωσις* optime locum habeat. 12 *βιασθέντος ἢ βλαβέντος*; 26 *οὓς*; 29 *φύλακα.* **174,** 10 *ὅτε ὁ θέσμος*; 16 *αἷς κρίνουσι.* **175,** 11 *γένοιντο.* **176,** 30 *ἔχουσαν.* **177,** 7 *τοὺς τὰ τοιαῦτα*; 9 *πένθη*; 21 *βέλ-*

τιον; 29 *ἀργὸν δὲ.* **178**, 24 *ἔδωκε* om.† **179**, 9 *ἀπέχει*; 32 *συκοφαντεῖν.* **180**, 23 *τοῖς κύρβεσιν.* **181**, 2 *ἕνην*; 7 *τὰς ἀπ' εἰκάδος*†; 9 *τῆς σελήνης ἑώρα*; 23 *τοῖς νόμοις αὐτοὺς*; 29 *ἱερέων.* **183**, 21 *ἐνδεᾶ τῶν ἀναγκαίων.* **184**, 10 *οὐ βασιλικῆς.* **185**, 5 *ἦν ὁ ἀνὴρ*; 20 *πάλιν ἐστασίαζον.* **186**, 26 *λέγειν τὰ τοιαῦτα.* **187**, 16 *ὡρμημένους χαρίζεσθαι τῷ π.* **188**, 23 *νόμους τῶν Σόλωνος*†. **189**, 1 *ἐνεργοτέραν.*

Publ. **190**, 4 *τοιούτῳ δὴ*; 12 *ὁ Οὐαλ.*; 28 *ἐλευθερίας.* **191**, 16 *καταβάς*; 18 *Ταρκυνίοις*; 26 *προαγαγεῖν.* **192**, 15 *συνεκβαλεῖν*; 23 *ἀδελφιδοῖ.* **193**, 21 *εἶχεν.* **194**, 15 *ἠμύνοντο.* **195**, 2 *τὸ λοιπὸν ἔργον*; 3 *συλλαβόντες.* **196**, 17 *ὡς δὲ καὶ ταῦτα.* **197**, 4 *ἐνέβαλλον*; 8 *συνδεθέντα*†; 9 *τῶν ἐπιφερομένων*; 12 *τροφὴν.* **198**, 31 *Μαρτίων.* **199**, 29 *προπομπῆς.* **200**, 11 *μετριωτέραν*; 16 *μέγα ποιῶν.* **201**, 4 *ἑκατὸν καὶ ἑξήκοντα τέσσαρας γ.*; 8 *ἀναλαβόντας*; 16 *προβάτου.* **202**, 3 *πρὸς τὸν πόλεμον*; 5 *τοὺς φίλους*; 30 *προσήκει.* **203**, 7 *Ταρκυνίοις οὐ τοῖς Ταρκυνίους* cf. 191, 18. **204**, 3 *ἀνήγαγον*†; 9 *συνηθροισμένων*; 18 *ῥίψατε τοίνυν ὅποι βούλεσθε.* **206**, 6 *ᾑρέθη μὲν ἀπὼν ὕπατος*; 13 *προσβολῆς ὀξείας τῷ Ἰανούκλῳ γενομένης*†; Ianiculi nomen hic non insiticium esse vix quisquam negabit; nam quomodo tale interpolamentum huic loco adscisci potuerit explicari non potest nisi tibi persuadebis interpolatori Livium aut Dionysium in manibus fuisse. Narrationes Livii Dionysii Plutarchi non plane congruunt, sed hac una re conspirant Publicolam trans Tiberim castra munisse quae primo hostium impetui succubuissent; Liv. II, 10 init. Dion. V, 22. Quae munimenta in Ianiculum transferunt illi, cum Plut. oppidum fabulosum Sigliuriam conditum tradat. Sed ipsum oppidum proxime a Tiberi et Roma atque fere regione Ianiculi positum fuisse apparet e verbis: *φεύγοντες ὀλίγου συνεπεσπάσαντο τοὺς πολεμίους εἰς τὴν πόλιν.* V. *τείχει* facillime in locum nominis obfuscati succedere potuit depromptum ex v. 10 *τειχίσας.* 25 *Ἑρμίνιος* cf. Dionys. V, 23; 27 *ἐπωνύμιον*; 29 *μηδὲν εἶναι*; 32 *εἰς τὸ Κόκλην*†;[1]) totum enuntiatum graviore laborat vulnere, itaque acrius incidere non dubito. Primum

1) de nominis forma v. supra p. 17.

enim ut extrema verba legantur *ἐκράτησεν καλεῖσθαι* recte proposuit Sintenis. Sed v. *βουλόμενοι οἱ πολλοὶ* stare non possunt, nisi in genitivum flectuntur; insuper offendit accusativus *Κόκλην* (*Κόκλιον*); quae forma in omnibus libris tradita et v. *εἰς τὸ*, quae fam. X praebet, suspicionem mihi insinuant fuisse scriptum a Plutarcho *τῆς γλώσσης ὀλισθανούσης εἰς* [*τὸ*] *Κόκλην*, quo recepto sententia supplenda erit *οὕτως ἐκράτησεν.* Sic igitur sententia absoluta videtur: *ὡς δ' ἔνιοι* (s. *ἕτεροι*) *λέγουσι διὰ σιμότητα . . . . . Κύκλωπα βουλομένων καλεῖν αὐτὸν τῶν πολλῶν, τῆς γλώσσης ὀλισθανούσης εἰς* [*τὸ*] *Κόκλην, οὕτως ἐκράτησεν ὑπὸ πλήθους καλεῖσθαι.* Nimis fortem medicum me vocabunt, sed non aliam salutis viam video. **207**, 9 *ἀνέστησαν*†. **208**, 2 *τὸν Σκαιόλαν.* **209**, 11 *ἐγκελευομένην*; 21 *ἀπέφυγε*; 27 *ἐζήτει τὴν καταρξαμένην*†. **210**, 8 *δὲ μηδὲν ἀλλὰ ἐκλείπειν*; 13 *δὲ καὶ*; 23 *ἐν Παλατίῳ*; 26 *προσεπιλαμβάνοι*; 29 *ἔνδοθεν*; 30 *παρερχομένοις.* **211**, 19 *ἑαυτὸν.* **212**, 3 *παίδων*; 9 *πλέθρα πέντε*; 13 *οὐδενὸς*; 17 *καταστῆναι*; 19 *Ρωμαίους*; 30 *οἱ Σαβῖνοι*; 32 *νεώτατον*†. Quaenam causa fingi potest cur nobiliores leviore armatura exstructi fuerint? Immo quo quis erat inferioris classis, eo minus armaturae comparandae impendebat. Vocem *τὸ κουφότατον* autem intellegendam esse leves non equites et huius sententiae conexu efficitur et loco Fab. 354, 6 sq. At minoribus natu leviora officia imponi nemini mirum erit. **213**, 13 *οὗτοι δὲ*† scil. *οἱ ἐνεδρεύοντες*; 17 *τότε Σαβίνους*†; 25 *πρῶτον* om.† quid hoc additamentum sibi velit plane ignoro; 25 *κωφοὺς καὶ τυφλοὺς*†; hostium aures et oculi obserrati erant; 31 *εὐθὺς.*

Comp. **214**, 29 *Μεσσάλαι.* **215**, 5 *μακαριζομένης*; *οἷς πρὸς Μ.*; 28 *τῆς μὲν γὰρ.* **216**, 3 *ταμιῶν*; 18 *λίην.* **217**, 20 *καὶ προσποίημα*; 22 *περὶ τῶν μεγίστων*; *τε Ταρκυνίοις.* **218**, 1 *τὸν δὲ Ποπλικόλαν ἧς*; 11 *δόντας.*

Them. **219**, 7 *τοῦ Θεμιστοκλέους*; 23 *τῇ δὲ προαιρέσει*; 25 *γιγνόμενος.* **220**, 2 *λέγειν πρὸς αὐτὸν*; 5 *ἡδονήν τινα*; 9 *ἐλευθερίοις*; 23 *πολιτικὴν*; 30 *ἅτε τῇ φύσει.* **221**, 8 *τοῦ τὰ κοινὰ πράττειν*; 15 *τοῦ πρωτεύειν*; 24 *καὶ τῶν τρόπων.* **222**, 11 *ἤλειφεν καὶ*; 13 *Λαυρεωτικήν*; 19 *οἱ νησιῶται*; 31 *φησὶν ὁ Πλάτων.* **223**, 8 *πόλιν αὖθις ἀνέστησαν*; 14 *σύν-*

τονον δ' αὐτὸν γεγ. χρηματιστὴν οἱ μέν τινές φασι; 21 *τὴν οἰκίαν*; 27 *πρὸς αὐτὸν*. **224**, 1 *δοκῶν ἐξ οὐχ ὑπαρχόντων. καὶ παρ' ἀξίαν*; 9 *ὥς που*; 12 *γένοιτο*. **226**, 11 *αὐτῷ μάλιστα*; 26 *μέγιστα*. **227**, 2 *τῆς ἐν Ἀρτεμισίῳ*; 14 *Ἀσίας*; 20 *πυρίκαυστον*; 23 *ἀπαγγελλόντων πυθόμενοι*†; primo cap. IX enuntiato, quale in vulgata constituitur, Cobetus offensus v. *πυθόμενοι* expellendum censet; qui si lectionem fam. X *ἀπαγγελλόντων* novisset, illud v. opinor non tentasset.[1]) Rectissime enim se habet *ἀπαγγελλόντων πυθόμενοι* 'certiores facti a nuntiis cecidisse Leonidam'; 26 *δι' ἀρετὴν καὶ*; 27 *ἧπερ*; 30 *ναυλόχια*; 31 *διὰ τῶν γραμμάτων*. **228**, 7 *προσήμυναν*; 25 *ἀφανὴς δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις*; coniunctio *δὲ* Blassii opinionem comprobare videtur, qui lacunam statuit ante v. *ἀφανής*; et mihi quidem vix dubium est, quin interciderit descriptio anguis illius. An Plutarchus etiam narravit Themistoclis dolo anguem defecisse? cf. *σημεῖα δαιμόνια ἐπῆγεν*. Herodotus VIII, 41 Themistoclis mentionem non facit, sed Plut. Philochorum secutus esse videtur.[2]) 32 *δεινὴν*; *ἀνακαλεῖν*. **229**, 17 *Θεμιστοκλέους ποιεῖται*; 21 *ἀνευρίσκειν*; 25 *γενεὰς*. **230**, 6 *ταῦτά τε δὴ*. **231**, 5 *ἀπολείποντες*; 12 *ἐπὶ δεξιᾶς*; 15 *ὅ τε στόλος*; 24 *στενῶν*; 27 *τῷ μὲν γένει*; 29 *Ξέρξην*. **232**, 15 *συνεπιλαμβάνεσθαι*; 22 *ὁρμῆσαι μετὰ τῆς ἀνάγκης*; 29 *τὰ κατὰ τὴν μάχην πραττόμενα*. **233**, 4 *ἐκ δεξιῶν*. **234**, 13 *ἐξέβαλον*; *διαφερόμενον*; 18 *ἐξαγόντων*; 27 *Φλυῆσιν*. **235**, 2 *τῇ Θεμιστοκλέους*; 5 *τοῖς Ἕλλησιν εἰς Σαλαμῖνα*; 22 *ἀπαλλαγήσεται*. **236**, 18 *ὅλην τὴν ἡμέραν*; 24 *αἱρεθεὶς γὰρ*; 25 *ὑπὸ τῆς πόλεως*; 30 *τῶν δὲ νεκρῶν*. **237**, 11 *ἀληθῆ λέγεις*. **238**, 21 *Ποσειδῶνα*; 24 *ὅθεν καὶ*. **240**, 16 *καίνων*; 19 *ἀργυρίου δὲ*; 31 *εἰς αὐτὸν*; 32 *ὁρκιατόμη*. **241**, 12 *οἱ δήμιοι*; 16 *μόνον*; 18 *κολούοντες*; 27 *ἦν ὁ Ἀλκμαίωνος*; 32 *ἐθάρρησεν*. **242**, 1 *γράμματα* om. articulo; 6—7 *παύσεσθαι — γενήσεσθαι*; 20 *ἀνάγειν*, reducere. **243**, 2 *τότε τύχῃ*; 22 *ἀποτριψαμένου* cf. 242, 4. 244, 1 *Θάσον*. cf. quae Fuhrius adnotavit ad locum; 32 *χρυσοῦ*. **245**, 2 *πέμπεται δ' οὖν*; 22 *συντεταγμένος* vide Fuhrii commentarium; 31 *τιμᾶν βασιλέα*; *ὡς εἰκόνα*.

1) id quod nihilosecius agit Fuhrius.

2) cf. Albracht *de Them. Plut. font.* p. 29—30.

246, 1 *θεάσασθαι βασιλέα*; 13 *οὐκ ἂν* cf. v. *πρότερος* v. 14; 24 *Πέρσαι κακά*; 25 *γεγενημένης*; 31 *νῦν ἀπόχρησαι*. **247**, 13 *θῦσαί τε*; 18 *θύραις*; 29 *ἐδίδου*. **248**, 8 *ὑπὸ τοῦ βασιλέως*; 9 *κατ' ἐκείνων*; 19 *τιάρας*; 26 *ἀνεκράθησαν*; 28 *αὐτὸν δὲ τὸν Θεμιστοκλέα φασὶν*. **249**, 8 *Πισίδας τινὰς*; 9 *κώμῃ*; secundum Appianum (Mithrid. 19) veri similius videtur vicum fuisse Leontocephalon; 28 *Δινδυμήνης*. **250**, 2 *ἐπιστάτης ἦν*; *ἑλὼν τοὺς ὑφαιρουμένους καὶ παροχετεύοντας*; 22 *ἀναπλέουσαι*; 26 *εἰς Μαγνησίαν* om.; nimis glossatoris ineptias sapiunt haec verba; 30 *οὐδ' ἐφικτὸν*; 'ratus ne successuram quidem rem'; 31 *ἄλλους*. **251**, 1 *πολεμικοῖς*; 18 *παῖς ὢν*. **252**, 4 *περὶ μνημάτων*; 5 *τὸν μέγαν λ*.

Cam. **252**, 30 *ἀποδείκνυσθαι*. **253**, 15 *ἀφ' ἑαυτοῦ*. **254**, 7 *τείχη μεγάλα*; adiectivum *μακρὰ*, quod absonum est, fortasse analogia notissimi illius propugnaculi natum; 12 *ἔξω στρατεύειν*; 26 *τὸ περὶ τὴν*. **255**, 1 *ἀντέσχε*; 19 *ἐπιμιξίας τε*; 23 *καί τι καὶ πλέον*; 26 *οὐ ταῦτ' ἔφη μόνον*. **256**, 3 *καί τινων ἀπὸ στρατοπέδου*; 9 *φερομένην ὁδοὺς*; 26 *τὰς ἄλλας ἀρχάς*. **257**, 11 *ταχὺ δεχομένων*† = facile recipere; 12 *διὸ καὶ*. **258**, 25 *μικρᾶς*; *τοσοῦτον*; 26 *προελθεῖν*; 30 *δεικνύντες*; 32 *πολλὰ δὲ καὶ*. **259**, 13 *λευκόπωλον*; 21 *ἴσα*; 31 *ἐνέβαλλε*. **260**, 4 *καὶ μὴ*. **261**, 14 *ἀπεκήρυττον*; 23 *ἀποδεῖξαι*. **262**, 7 *παρὰ τὰ τείχη*; 7 *περιπατήσοντας*; 32 *διαδοῦναι*. **263**, 4 *ἀνδρῶν δ' ὁμοῦ*; 7 *πατέρα καὶ θεόν*. **264**, 1 *ἀνὴρ ἥμερος φύσει*; 10 *καὶ τοὺς συνάρξαντας* om.; 18 *ἐπὶ τῆς οἰκίας*. **265**, 12 *Καιδίκιος*; 16 *μεταστραφῆναι*; 24 *ἐπὶ γῆς*. **266**, 21 *εἰς αὐτούς*. **267**, 4 *τότε πρὸς πόλιν*; 22 *καὶ λεηλατεῖτε*; 27 *ἔνεστι τὸ ζητεῖν*; **268**, 2 *τοῖς βαρβάροις*; 18 *ἐπὶ τιμωρίᾳ τὸν ἄνδρα*; 22 *Φιτιαλεῖς*† et infra cf. Num. c. XII.; 23 *τὸ πεπραγμένον ἄγος*†; 25 *Νομᾶς*; 30 *περιύβρισαν οἱ πολλοὶ*. **269**, 6 *ἀπολεῖσθαι*; 13 *δ' ἔχοντες πολλοὺς*†; 24 *κολακεύοντας*. **270**, 7 *γένους ἄνδρες*; 16 *μὲν τοίνυν*; 22 *ἐν Μαραθῶνι*. **271**, 2 *Δαμάστης καὶ Μάλακος ἱστορήκασιν*†. Obiter commemoro v. *Θαργηλιῶνος* v. 1., cuius patronus Sintenis exstitit, certissime delendum esse; nam si retinemus, sequitur ex structura verborum Ephorum Callisthenem Damastem narrasse, quomodo Poeni a Timoleonte victi sint. Sed Damastem Timoleonti

aetate antecedere nemo nescit; coniungamus igitur remoto v. *Θαργηλιῶνος* rerum scriptores cum sententia *περὶ ἣν δοκεῖ καὶ τὸ Ἴλιον ἁλῶναι.* Iam vero utri palmam demus Phylarcho an Malaco? Primo obtutu eo inclinat sententia ut Malacum a Plutarcho laudari arbitremur, quippe qui, obscurissimus scriptor, librariis vix notus fuerit, cum Phylarchi nomen passim occurrat apud Plutarchum. Num Malacus omnino de Ilii expugnatione verba fecerit ignoramus, sed non absurdum est conicere cum in libro de *Σιφνίων ὥροις* (Müller F. H. G. IV, 442) Ephesii et Samii inducantur, Troiae quoque mentionem factam esse. Ceterum ne de Phylarcho quidem exploratum habemus neque veri simile est eum, qua erat neglegentia (cf. Plut. Them. c. 32) accurate rettulisse quo mense Troia interierit. **271,** 25 *μάλιστα ἀποφράδων*; 28 *μὲν οὖν.* **272,** 12 *τὰ δὲ τῆς Ἑστίας*†; 14 *τὸ πῦρ*†[1]); 17 *σύν τινι κινήσει.* **273,** 12 *ἀποχώρησιν*; 21 *Ἀλβινίου*†.[2]) **274,** 28 *ἐφόρουν*†. **275,** 12 *προσδιέφθειραν*; 25 *ἀνδρός.* **277,** 2 *θρέψασα*; 6 *αὐτοὶ τὰ ὅπλα*; 7 *οὐδὲ*; 21 *ἑκούσιος.* **278,** 12 *πεισομένων.* **279,** 4 *ἐλλείπειν*; 13 *ἐμφυόμενοι*; 25 *ἔφοδον.* **280,** 3 *ἔωσεν*; 6 *τῆς τόλμης*; 7 *ἐκφυγόντες*; 11 *συνήνεγκαν.* **281,** 5 *χρυσίου καταβαλεῖν*; 12 *ἀποδυσάμενος*†; 15 *τοῦτο μὲν*, om. *καὶ.* **282,** 5 *εἴ τι*; 9 *προῆλθον*; 31 *εἰσελαύνοντος αὐτοῦ.* **283,** 2 *δακρύοντες ὑπὸ τῆς παρούσης ἡδονῆς*†; neminem lacrimas effudisse audivi, quia rebus secundis diffidebat (*ἀπιστίᾳ*) sed prae gaudio; vanum igitur interpolamentum existimo v. *ἀπιστίᾳ.* 5 *ἀνασωζόμενα καὶ κεκοσμημένα*†, quod vocabulum prorsus apte addi censeo; 16 *ὡς δὲ καὶ*; 22 *αὖθις ἀποστρεφόμενοι.* **284,** 1 *οὐδενὸς ὑπερβαλόντος*; 5 *Νομᾶς*; 8 *θεμελιώσει τοῦ Καπιτωλίου.* **285,** 5 *πρὸς τὸ ἔργον*; 22 *ὡς κἀκεῖνος*; 23 *ἐπειδὴ δὲ.* **286,** 2 *Μάκιον*†; minime casui tribuo quod in X montis nomen *Μάκιον* scriptum est, quem Diodorus quidem *Μάρκιον* nominat. XIV, 117. Sed Liv. VI, 2 libri exhibent 'mecium, metium, mestium', quibus formis nisus Sigonius nomen Maecium — gentis quoque nomen — reposuit idemque Wesselingio adversante Diodoro reddidit. Quae coniectura nostris libris confirmatur, neque

1) cf. supra p. 19.
2) cf. pag. 19.

vereor Plutarcho formam *Μαίκιος* vindicare, quamquam infra 287, 31 omnium librorum consensu *Μάρκιον* legitur. Facillime profecto et apud Diodorum et apud Plutarchum nomen ignotissimum *Μαίκιος* abire potuit in *Μάρκιος*, et propterea in ea re libris fides nulla habenda. 8 *βουλομένους.* **287,** 2 *Κυϊντιλίαις*; 20 *ἀπὸ τοῦ τόπου νώνας.* **290,** 7 *διὰ* om.†; non enim 'per totam noctem hostes' aggrediebantur. cf. v. 8 *διὰ τοῦτο*; 29 *ὑπερεφαίνετο.* **291,** 1 *ἀφεῖναι*; 8 *ἀναλαβεῖν*†. **292,** 19 *Σατρίαν*; 30 *τοὺς δεομένους.* **293,** 27 *τὴν μεγάλην*; 29 *τὸν ἕτερον πάντως.* **294,** 7 *ἐν πολιτείαις*; 17 *εἴτε δείσας*; 18 *ἀνδρὶ*; 19 *μεγάλα*; *δήμου*; 21 *μὴ δυνάμενος μηδὲ βουλόμενος.* **295,** 1 *στάσεως μόριον*†; 11 *τὸ δημοτικὸν*; 12 *τὸ πέμπτον Κάμιλλον.* **296,** 27 *γυμνουμένους*†. **297,** 10 *ἐν παρέργῳ*; 14 *ἀντιταττομένης*; 23 *δημόσιον*; 27 *εὔξατο.* **298,** 2 *ἐν τῷ δήμῳ*; 4 *προέπεμπον*; 12 *Σέξτιος.*

Per. **299,** 26 *καὶ τεχνικῶς.* **301,** 24 *μουσικὴν διαπονηθῆναι.* **302**, 7 *ἀντιλογίας*; 20 *ἐν μεμιγμένοις.* **303,** 13 *δοξοκοπίαν* .... *δοξοκοπεῖν.* **305,** 11 *πλὴν.* **306,** 1 *παρενέτεινε.* 11 *τῷ ἀνδρὶ τὴν δ.* **313,** 6 *καινότης ἀεί τις.* **315,** 4 *ἐπιπροσθοῦντα.* **316,** 4 *ἀνεγκλίτῳ.* 23 *γενόμενος δυνάμει.* **323,** 31 *ὡς αὐτὴν.* **327,** 26 *εἰσήνεγκαν.* **328,** 2 *ἡμέρας*; 11 *ἐθαυμάσθη.* **329,** 11 *κολούων.* **330,** 5 *ἐμμεῖναι.* 26 *πάτριον.* **331,** 12 *ἔνδειξιν ἰσχύος*; 24 *τῷ ἀγάλματι.* **332,** 28 *καὶ προὔπεμψεν* om. **333,** 7 *τὸ Κυλώνειον ᾧ*; 9 *ἱστόρηκεν*; 24 *ἑξακισχιλίους*†; primam Archidami invasionem non plus sex milibus militum gravis armaturae susceptam esse probabile est conferentibus quantis copiis alias conflictatum sit: Cum Xerxes in Graeciam invaderet, cumque de summis rebus omnibus viribus decertandum esset, omnes Peloponnesi civitates non plus triginta quinque milia in Isthmum coëgerant, et totidem fere pugnaverunt ad Plataeas, cui pugnae quinque milia tantum hoplitarum Laconicorum intererant. cf. Herod. IX, 10. Plut. Arist. X. Quis igitur cogitabit initium belli Peloponnesiaci tam ingenti exercitu factum esse, cum id potius agerent hostes, ut Atticam vastarent et popularentur? Nec causam reperio cur tantae copiae infecta re nullo intercedente hoste domum redierint. **334,** 8 *χοροὶ δ' ᾖδον*; 17 *περὶ τοῦ*; 29 *ἔγραφεν.* **335,** 3 *δῆλον ἦν ὅτι*; 4 *δρῶν-*

τες κατὰ γῆν κακά; 28 *ἐλάττω*. **336**, 2 *πρὸ τῶν ὄψεων*, ante oculos; 23 *παύσεσθαι*; 27 *διατεταραγμένῳ*. **337**, 6 *οὓς ἐποιεῖτο*; 6—7 *πεντάθλου — ἀκουσίως* sicut legitur in edit. minore; 10 *βαλόντα μᾶλλον*; 30 *ὡς δ'* om. Fuhrium sequor; nimis magna copia protaseon existit retenta coniunctione, quae admodum contortum reddunt enuntiatum. **338**, 3 *προελθεῖν*; 5 *ᾐτήσατο*; 21 *τοσούτων*; 22 *λυθῆναι*. **340**, 18 *ἀνωμολογοῦντο*.

Fab. Max. **340**, 32 *ἐπὶ τὸν Φάβιον τὴν ἱστορίαν μετάγομεν ὃν Νυμφῶν μιᾶς λέγουσιν, οἱ δὲ . . . . . γενέσθαι, [Φάβιον] ἄνδρα πολὺ καὶ δόκιμον παρασχόντα*†; collato Publicolae initio praeplacet primum indicativum *μετάγομεν* recipere; deinde primum et alterum vulgatae enuntiatum relativo *ὃν* copulare; nam tale asyndeton: '*μετάγομεν. Νυμφῶν μιᾶς*' a Plutarcho abiudicare non dubito. Tum una incisione opus est, scil. 341, 2 nomen *Φάβιον* expungendum, quod glossema postquam in textum invectum est, effecit ut constructio ab Y inverteretur. **341**, 6 *διώρυχες*; v. *διορυγὴ* fam. Y per se falsum est; v. *διωρυγὴ* autem non 'fossam' significat, sed fodientis operam. Illius notionis praeter hunc locum unum exemplum idque invalidissimum affert Lobeckius Phryn. p. 231. 15 *μὲν προβάτιον*†; 26 *ἀπραγίαν*. **342**, 25 *αἷς πρόσθεν*†; 27 *βίᾳ συμβαλὼν τοῖς Γαλάταις μάχῃ*. **345**, 14 *γνωσθὲν*; *προελθὼν*; 15 *εὔξατο*; 31 *εἰς τὸ θεῖον*. **346**, 11 *παράγων*; 25 *τῷ δὲ ἡ γνώμη πίστιν ἔχουσα*. **349**, 29 *προσδιέβαλε τὸν Φ. εἰς Ῥώμην ἀναγγελθέντα*†. **350**, 21 *ἀποδιδόντων*. **354**, 8 *ἐπὶ τοῦ λόφου*. **357**, 17 *ἀνίστη*. **359**, 4 *αὐτῷ*; 18 *ὑπεκκλίναντες*. **363**, 11 *ἀποβαλόντα*. **364**, 30 *τιθασεύοντες*. **365**, 18 *ἀπέλειπες*.

Arist. II, **160**, 30 *χωρίον Φαληροῖ*; *γενόμενον*. **161**, 4 *οἴκων τε μεγάλων καὶ διὰ γένους ὄγκον*. **162**, 8 *λαγχάνοντες*; 19 *μὲν οὖν*; 21 *ἐχομένῳ*; *παιδιᾶς*; 30 *ἰδέᾳ τε*. **163**, 7 *εἰπεῖν*; 15 *θαρρεῖν*; 27 *καὶ αὐτὸν καὶ Θεμιστοκλέα*. **165**, 17 *ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ μαρτυροῦντας*; 18 *ἐπεστόμισε*. **166**, 4 *παρ' ἡμέραν*; 18 *ἀργύρου*; 26 *πολὺ χρυσίον*. **167**, 6 *Φαίνιππον*; vide Benseleri onom.; 22 *καὶ σεισμοί*. **168**, 12 *ἤχθετο τῇ ὀνομασίᾳ δόξαν . . . . ἐχούσῃ*†; toto hoc capite de uno Aristide sermo est, nimirum de cognomine 'Iusti' quod in odium incurrerat.

Et verba insequentia *καὶ συνελθόντες . . . . ἐξοστρακίζουσι τὸν Ἀρ.* indicant causam antea enarratam esse. Lepide causam illustrat rusticus ille: *ἐνοχλοῦμαι πανταχοῦ τὸν Δίκαιον ἀκούων*. 21 *ἀγεννεῖς*; 25 *ἔμελλε φέρειν*; **169**, 12 *αὐτὸν*; 18 *εὔξατο*. **170**, 31 *νυνὶ δὲ*. **171**, 12 *τοῖς ὅπλοις*. **173**, 30 *διὰ τὸ μέγεθος*. **174**, 8 *ἐν γᾷ*; 31 *ἀρχαῖος πάνυ*. **175**, 6 *πυκνῶν καὶ συσκίων*; 20 *Ἀθηναίοις δὲ Τεγεᾶται*. **176**, 21 *οἷς πρώτοις*; 23 *Ἀχαρνεὺς ᾤχοντο*; 24 *θαρρῆσαι*. **177**, 13 *προαγωνίσασθαι*. **178**, 3 *ἔκειραν*; 20 *Μακεδόνων βασιλεὺς*. **179**, 20 *αὐτοὺς ἔφασκε*; 26 *ἀγωνίσασθαι*. **180**, 5 *δοκῇ*; 17 *εὔυδρον*; 27 *ἀπολείπεσθαι*; 30 *τότε δὴ*. **181**, 12 *ἐκλελοιπότες*; 20 *μὴ δοῦναι*. **182**, 23 *ὁ μάντις ἔφραζε*; *τοῦ παραγγέλματος*. **183**, 24 *πρῶτοι*; 28 *ἐν* om. **184**, 1 *ἀπιέναι*; 13 *ἀπὸ τῶν*; 30 *ἐλευθέρᾳ*. **185**, 21 *καὶ θαυμαστὸν*; 28 *ἀνῳκοδόμησαν*. **186**, 12 *κατανύσας*; 14 *ἀγάμενοι*; 22 *κατὰ πᾶσαν*. **187**, 27 *ὁ Ἀριστείδης*; 30 *ταῖς νίκαις*. **188**, 4 *τοῦ Θεμιστοκλέους*; 9 *λυσιτελεστέραν*; 28 *ὑδρευόμενον*. **189**, 3 *συναγαγέσθαι*; 6 *τό τε ἀναγκαῖον*; 14 *τὰς ἰδίας πατρίδας*; 20 *τῷ μεγέθει*. **190**, 17 *ὡς τὸν δῆμον εἰς*. **191**, 28 *ἀποκρινάμενος*. **192**, 11 *πᾶσαν ὁμοῦ*; 32 *τούτων δὲ*. **194**, 1 *ἑαυτὸν μὲν*; 4 *γράψας ἔπεισε τὸν δῆμον τροφὴν διδόναι*; 5—6 *μέντοι φησὶν ὁ Δ.* etc. sicut iam receptum.

Cat. **194**, 30 *γένους μὲν*. **197**, 6 *ἡλικίας ἐληλακὼς*; 31 *δὲ τοῦ*. **198**, 20 *ὀφείλειν*; 29 *διαίτης*; 32 *ηὔξητο*. **200**, 5 *ἀπεδέχοντο*; 7 *ἔγωγε*; 15 *χρόνου*; 19 *ἀφέτους ὤν*. **201**, 7 *γενησόμενον*; 8 *παρὰ τὰς στρατείας*; 14 *ὅστις στρατηγῶν*; 20 *δεῖπνα δαπάναις*. **202**, 3 *καὶ ἀγωνιστικὸς*; 8 *οἶδ' ὅτι*; 10 *λόγων Ῥωμαϊκῶν*†; non mihi convenit cum Herchero v. *ῥητορικῶν* requiri, quod opponatur v. '*τῶν ἀπομνημονευομένων*'; tali oppositioni sufficit unicum v. *λόγος*. Ceterum obscurum est quid sit '*λόγος ῥητορικὸς*'. Adde quod vix credibile est Plutarchum, qui tam absoluta eruditione fruebatur, facultatem examinandi genera Graecarum orationum a se reppulisse. Quam bene v. *ῥωμαϊκῶν* loco quadret ipse Hercher adnotavit; 19 *πολυτελείας*; 21 *καθ' ἕκαστον*. **203**, 15 *πολλοὺς*; 29 *ἔφη βασιλέων*. **205**, 32 *παρὰ τῶν πολεμίων*. **206**, 1 *ἡττωμένων*; 6 *καὶ γέμουσαι*; 21 *Πάκκιος*; 32 *Λακετανῶν*. **208**, 12 *εἴη* om.; *τοῦτο δὲ*; 24 *ἐμφράξας*. **209**, 6 *καὶ βαθείᾳ*; 7 *διασπάσματα*

πολλά; 18 *ἐπακοῦσαι*. **210**, 4 *οὗτοι*. **211**, 21 *ἠτιμωκότι*; 32 *Σερουίου*. **213**, 14 *ὁρᾶν*; 28 *ἀδελφὸν*. **214**, 12 *παραστῆναι*; 26 *ὁρισμὸν*. **215**, 8 *τεθνηκότι*; 17 *πρὸς τοῖς χιλίοις*; 20 *ἀπαγορεύωσιν*. **216**, 7 *ἀπῆγον*; 11 *πολὺ συνήχθη μῖσος*; 15 *παρώξυναν*; 19 *Πορκία Βασιλικὴ προσηγορεύθη*; Herchero lectio Y *Πορκίαν — ην προσηγόρευσεν* magis placuit, sed parum probabile basilicae nomen ab ipso Catone originem habere; cf. etiam Liv. 39, 44, quem laudat Sintenis; 25 *ἐπὶ τὸ χεῖρον*. **217**, 5 *περὶ τὸν βίον*; 20 *μὲν γὰρ*†. **218**, 2 *κατεσκεύαζεν*; 13 *διανηχόμενον*; 27 *ἦν ἄμεμπτα*. **219**, 1 *ἢ δι' ὑγρότητα*; 5 *ἀνεῦρε μόγις*. **221**, 23 *πρὸς τὴν σύγκλητον ἀνὴρ*. **222**, 7 *δυνατὸς ἦν*; 17 *τοῖς τε πράγμασιν*. **223**, 6 *ὥστε καὶ*; 14 *δέ πως*; 21 *συνήρμοκε*; 32 *θριαμβικῶν*. **224**, 1 *ἄσμενος*; 10 *τὸν Ἀθηναίων*. **225**, 11 *ἐντετυχηκὼς*. **226**, 28 *τοῦτο αὖ*; 30 *καὶ νήφουσαν ὑπὸ συμφορῶν καὶ κεκολασμένην*. **227**, 6 *ἐπεδείκνυτο*†; 11 *ταύτην μὲν οὖν*.

Comp. **228**, 8 *Ἀτιλίων*; 26 *ὑπερβαλόμενος*. **230**, 8 *συνταξάμενος*; 9 *συνδιέβαλεν*. **231**, 11 *οὐχὶ πλοῦτος*; 22 *κολούων*; 26 *οἷον*; 27 *μηδὲ*. **232**, 10 *ἐργασαμένῳ*; 13 *αἱ μὲν Κάτωνος*. **233**, 4 *ἐν ᾗ*.

Cim. II, **470**, 29 *τῶν ἀπὸ τοῦ γένους*. **471**, 30 *φιλανθρώποις*. **477**, 5 *τὴν τῆς Ἑλλάδος*. **478**, 31 *πόληος*. **481**, 29 *ἐφ' ὃ*. **485**, 16 *φθῆναι*. **495**, 12 *ἡγεμὼν*.

Luc. **501**, 12 *ἀνέθηκε*. **512**, 30 *εὐπρεπεστέραν*. **514**, 13 *ἐκέλευσεν*; 16 *μεταβαλόμενοι*. **526**, 20 *ὡς ὀλιγάκις*. **532**, 21 *καταφράκτοις κελεύσας*. **537**, 17 *τὴν ἐπ'*. **540**, 31 *διαδιδοὺς*. **544**, 31 *μεταβαλόμενος*.

Nic.[1]) III, **30**, 31 *γινομένην*†.

Crass. III, **44**, 19 *συνειλοχότα*. **49**, 2 *ποιμένων*; 5 *Φούριον*. **51**, 14 *στρατιᾶς*. **55**, 18 *ᾗ*. **56**, 20 *συμφέρει μετιέναι*†. **58**, 17 *πύλην*; App. praeter August. **60**, 30 *ὧν*; contra Appianum quoque. **63**, 15 *γενόμενος*†; N. App. **64**, 27 *ἀντιστάτας*†; N. App. **66**, 6 *τούτῳ*†; B° quoque. **72**, 15 *οὐ γὰρ δὴ*; App. **80**, 29 *Σελευκεῦσιν*; App. pr. Aug. **82**, 1 *ταῦτα μὲν*; App.

1) plurimarum Nic. et Crass. lectionum huc relatarum unus St mihi auctor est; cf. p. 14, adnot. 2 et p. 22.

Comp. **83**, 23 *περὶ μὲν οὖν*†. **84**, 32 *μὲν γὰρ ἐγὼ*†. **85**, 19 *τὴν τῆς πατρίδος*†.

Ages. III, **142**, 26 *Λαμπιδοῦς*; 27 *Μελησιππίδα*. **143**, 6 *τοῦ ἄρχεσθαι*†. N.; 8 *φύσει βασιλικῷ καὶ ἡγεμονικῷ*†. **145**, 2 *βλάστῃ*; 20 *ἐπὶ τῇ κληρονομίᾳ*; 26 *ἐν τοῖς περὶ*. **146**, 4 *ἔπεμπε*; 23 *παύσασθαι*. **147**, 26 *εὐθὺς* om.†[1]) **148**, 3 *τῶν μὲν αὐτῶν*; 5 *θῦσαί σε*; 11 *μιμήσεσθαι*; *ἀπάθειαν*†; 25 *ἐπὶ τὰς θύρας*. **149**, 7 *Λυσάνδρου μᾶλλον*. **150**, 24 *Ἑλληνίδας*. **151**, 14 *δειλῶν ὁπλιτῶν*. **152**, 8 *ἐπήγαγε*†; 11 *ὑπῆρξεν*. **153**, 6 *Φαρναβάζῳ*; 7 *συνήθροισε*† cf. v. *διῆγε*; 15 *ταύτην ἔπεισε*; 21 *μεθιδρυόμενος*. **154**, 7 *καταφιλήσοντος*†; 26 *συνήγαγεν*†; 31 *αὐτῷ κωδίων τε*. **156**, 3 *Ἰδαίου*†, quod pridem proposuit Xylander coll. Xen. Hell. IV, 1, 39; 18 *ἄμιν*†; 23 *μεταστραφεὶς*. **157**, 1 *φαυλοτέραν καὶ εὐτελεστέραν*; 11 *τύραννος*; 31 *ἤδη τῆς Ἑλλάδος*. **158**, 23 *δὴ τὸν Ἐρασιστράτου*. **159**, 21 *περιστρατοπεδεύσαντα*. **160**, 19 *ἐκλέξαντες*; 25 *μὲν οὖν*; 29 *νικῶσι*. **161**, 10 *πιεζεῖσθαι*†. cf. Thes. 6, Alc. 2, Mor. 125 E; 30 *ἐτρέψαντό γε*. **163**, 4 *μητέρα γινωσκόντων*; 7 *Πρόαυγαν*†; quantas praebeat difficultates nominis *Πρόλυτα* interpretatio inde demonstratur, quod Keilius mutari iussit in *Ἱππόλυτα*. Neque ad defendendum nomen recte comparatur nomen *Ἀμφίλυτος*, quo uno radicem *λυτος* cum praepositione coniunctum video. At *Πρόαυγα* 'quae omnibus praelucet' explicatione non caret, et similibus nominibus satis firmatur velut *Τηλαύγης*, *Αὔγη*, *Αὐγὼ*; cf. Fick p. 158 et 124; 12 *καθεῖσαν*. **164**, 13 *εἰς ταῦτα*†, scil. *τὰ ἐρωτικὰ*; quomodo Sintenis v. *ταὐτὸ* tueatur non intellego; 30 *ἡττημένοι δὲ ὕστερον*. **165**, 21 *καὶ δὴ καὶ*; 31 *ἀπαγγέλλοντες*. **166**, 17 *ποιούμενος*; 21 *στρατιᾷ*; 26 *παραγγελλομένης*; 30 *ἐπόρθουν*. **167**, 11 *τοῖς βουλομένοις*; 13 *ἐμμένειν ἅπαντας*; 31 *εἰ μὴ καὶ δικαιότερος*. **168**, 15 *βούλευμα*; 16 *ὕστερον*; 18 *ἠλευθέρωσαν*; 25 *στρατηγίαν*†. **169**, 6 *Βοιωταρχῶν*; 19 *κατηγορίας*†, praefero quod in v. antecedente legitur *κατήγοροι*; 28 *ὡς εἰκὸς αὐτῷ κινδυνεύοντι*†. **170**, 6 *ἔπαυσεν*; 11 *προσιέναι*. **171**, 3 *τὸν Κλεόμβροτον*, om. *υἱὸν*; 8 *τότε*†; 9 *καλὰ τὰ διδασκάλια*. **172**, 17 *Τεγύρας*; 26 *κοινὸν*

1) v. *εὐθυς* in v. 25 ante v. *ἔχοντα* restituendum esse per se intellegitur.

ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος ὁμοῦ καὶ πρὸς τὴν Ἑλλάδα; 29 *ἂν* om. **173**, 1 *νομίζει*; 3 *δίκαιον αὐτονομεῖσθαι*, om. *εἶναι*. **174**, 27 *τὰ σώματα καὶ τὰ πρόσωπα*†. **175**, 27 *δεομένῃ*. **176**, 15 *τούτῳ παντὶ*; 28 *τῶν τε πρεσβυτέρων*. **178**, 18 *συντεταγμένων*†; scil. *περιοίκων* et *εἱλώτων*. **179**, 14 *προσαγαγόντες*; 27 *ἀγωνισαμένους*; *πυνθανομένους*; 32 *πρῶτός τε*†. **180**, 14 *ἀλλὰ* om. post *ἐλάσσονα*; 23 *ὁ Ἐπ*. **181**, 16 *καινὸν φανῆναι καὶ ἀγαστὸν*†. **182**, 9 *τὸν θάνατον*†; 21 *τοσαύτην*; 25 *Ταχῷ*† et infra semper *Ταχὼς*†, quod nomen oxytonon Diodoro, Aeliano, Athenaeo; 26 *στρατηγόν*. **183**, 3 *ὥραν καὶ τὴν* om.; *καλοῦ καιρὸν οἰκεῖον εἶναι*; 9 *ἀθροίσας*†; 29 *στεφανωτρίδι*; 30 *λ. καὶ καθαριότητα*.[1]) **184**, 19 *καθ' ἑαυτὸν*† cf. Sint. ad Lys. 23, 54; 21 *ἔχοι μοι*. **185**, 11 *ἀναγορευθεὶς*; 12 *θαρρύνοντος*†; 18 *ὑπονοοῦσι*. **186**, 2 *αὖ* om.†; 13 *καὶ κελεύσας*; 17 *ἡμῖν*; 23 *στρατιὰν*. **187**, 18 *θνήσκει*; 27 *ἀπήγαγον*†.

Pomp. **188**, 6 *πρὸς δὲ Πομπήϊον*†; cf. initia vitarum Camilli, Catonis, Themistoclis[2]) al. **189**, 3 *ἔφευγεν*; 13 *πειρῶντα παρέχειν*†. **190**, 25 *προῄει*. **192**, 2 *ὀλίγαις δ' οὖν*†; 6 *οὐκ ὄντος*; 12 *καὶ* om.†; 18 *ὁ Σύλλας*†; 27 *ἀπολείποντας*. **193**, 7 *αὐτὸς ἑαυτῷ δοὺς*; 29 *τὸν πρῶτον αὐτῶν*, et *N*. **194**, 6 *μετεβάλοντο*; 22 *ἀπὸ τοῦ ἵππου*†. **195**, 8 *θαρράλεον*†; 17 *πλήθει δὲ*. **196**, 2 *τοῖς Πομπηΐου τρόποις*; 7 *φρονεῖν*. **197**, 16 *συνεξέπεμπε*. **198**, 6 *καὶ μηχανὰς*† om. cf. Graux *de Matrit.* p. 43. **199**, 9 *δὴ*; 18 *ἐγκαταστήσας*; 27 *στρατιὰν*. **200**, 9 *οὕτως ἐπαύσαντο*; 29 *εἰκότως ἀγασθείη*†, om. *ἂν*; 30 *ἐπικλήσεσι*. **201**, 8 *μόνον*; 19 *ἐκέλευσε*. **202**, 2 *ἀλλὰ μᾶλλον ἀφήσειν*; 18 *εὐνοίᾳ τῇ πρὸς ἑαυτὸν*; 26 *κατεσκεύακας*†, v. *παρασκευαζ.* in v. 24 exstat. **203**, 4 *προῄει*†; 10 *ἦν μὲν ἀξιώματι*†; 17 *κεκινηκότα*. **204**, 3 *ὁμοίως*; 12 *ὥσπερ ἐπ' ἔσχατον*†; *πολέμων*; 20 *νομίμων*. **205**, 29 *ἐπελθεῖν*.

Hanc igitur tam ingentem nubem praestantium lectionum ex fam. X libris enucleare licuit, et quicunque maiorem Sintenis

---

1) cf. supra p. 23.

2) num recte Fuhrius initium Them. mutilatum dicat admodum anceps iudicium est; nam ab ortu, gente, parentibus virorum vitas incohare maxime adamavit Plutarchus, e. g. Sol. Publ. Fab. Alc. Cat. Crass.

editionem, foedissimis mendis refertam, perlustraverit, statim intelleget quam non ope fam. X carere possimus.

Sed non sat est praecipuis lectionibus congestis laudes librarii X cecinisse, melius quid de fide eius et auctoritate iudicandum sit cognoscimus indagatis vitiis, quae admisit; cui officio nunc satisfacere in animo est. Et gaudeo quod hac quaestione instituta quam optimum fere semper iudicium de librarii ratione ferre licet; perpauca inveniuntur, quae de auctoritate eius detrahant. Etenim cogitatione mihi fingo scribam, qui graecae linguae non plane rudis esset, sed plerumque eorum, quae pingebat, formas tantum intellegeret, cum sententiam non assequeretur, et paulo longius prospicere prohibitus esset acie mentis nimis minuta. Ex iis autem quae peccavit plurimam partem errori oculorum vel calami lapsui tribui oportere facile tibi persuadebis; sic menda quoque nonnulla explicantur, quae nescio an scrupulos moveant primo aspectu, ut I, 153, 23 *χρόνον [ὄν]τα*; 211, 19 *[τοῖς πολλοῖς καὶ] πολεμοποιοῖς*; 273, 8 *κατὰ* [ΤΗΣ] ΓΗΣ; 334, 26 *τὴν* [ΟΛΗΝ] ΠΟΛΙΝ al. E magna copia eius generis vitiorum singula depromere placet quae iterum iterumque medicum requirunt, primum quod nescio qua de causa paene constanter *αἰεὶ* scribitur, deinde quod indicativum *εἶπεν* sescenties in *εἰπεῖν* depravavit librarius, ni fallor archetypi compendio perturbatus, e. g. I, 108, 28; 114, 31; 168, 15; 173, 18; 191, 16; 241, 6; 246, 22. Quid si praeterea manifestum est librarium saepissime nulla ratione conexus sententiarum habita, formas vocabulorum sibi vicinorum exaequare studuisse, maxime solo concentu adductum velut I, 205, 10 *ἰδιωτικῶν πλούτων* pro *πλοῦτον*, 214, 13 *ἀποκομίζεσθαι* pro — *ουσιν* (*φείδεσθαι* v. 12), 231, 24 *ἀπὸ τῶν τόπων καὶ τῶν στενῶν* pro *τοῦ τόπου*, 254, 22 *πολλὴν τὴν χώραν* pro *πολλὰ*, 342, 2 *ἐν γνωμολογίαις . . . . ἐχούσαις* pro *ἔχων*, 251, 14 *τῆς Λυσάνδρου τῆς Ἀλωπ.* pro *τοῦ Ἀλ.* et multis aliis locis? Hic eos quoque locos comprehendo, quibus verba falso extrusit repositis aliis quae, modo depicta, animo adhuc infixa erant ut I, 111, 9 v. *ἦθος* pro *ἴχνος* rescriptum est, quod in v. 6 legebatur, non secus ac 181, 21 *[προσ]ποιησάμενος* ex *προσποίημα*, 226, 21 *παρόντας* pro *πολίτας*, (v. 20 *παρόντι*) 255, 22

πολεμίων pro *πολιτῶν* (v. 20 *πολεμίους*), II, 231, 6 *φιλόφρονι* pro *φιλοπόνῳ* (*σώφρονι*), III, 180, 11 *συνοικιζομένων* pro *συμπορευομένων* (v. 9 *οἰκιζομένης*), 197, 32 *Σικελίαν* pro *Ἰταλίαν* (v. 28). Quin etiam eo progressus est neglegentiae, ut constructionem verborum se excipientium male intellectam ex ingenio, at inconsulto opinor, immutaret, ut I, 139, 32 *φίλτρον ἐνεμίξατο* pro *ἐμμίξας*, 148, 20 *καθάπερ ἁρμονίαν λύρας .... ἐπέτεινε τὴν Σπάρτην*, pro *ἁρμονικοὶ*; 155, 12 *διαγορεύοντα δούλῳ* pro *δοῦλον*; 211, 5 *οὐδεμία γένεσιν ἔσχεν* pro *γένεσις*; 246, 26 *παρέσχε τὰ οἰκεῖα* pro *οἴκοι* al. Quibus locis si crimine inertiae atque non calami solum, minime absolvere possumus scribam, at discimus quam tenue eius ingenium et quam angusta graecae linguae scientia fuerit.

Sed alia restat species mendorum, quam non praetermittere licet si modo recte iudicare volumus, quaeque nescio an fidem librarii imminuere valeat: non dico voculas *καὶ*, *δὲ*, *ἢ* similes hic illic sine causa textum onerare (e. g. I, 117, 12; 119, 6; 176, 1; 224, 6 al.; 151, 5 *ἢ [εἰς] ταῦτα*; 195, 4 *[ἀν]έξαινον*); in eo quoque coniveo quod corruptelae nonnunquam homini graviores videri possunt, quam quas ab errore profectas putet, velut I, 156, 6 *δὲ πειρῶ* pro *δ' ἱμείρω*; 178, 32 *ὀνομάσαι* pro *ὠνομάσθαι*; 198, 10 *στρατιῶται* pro *στρατοὶ*; 212, 20 *κατευνάσαντο* pro *κατηυλίσαντο*; 226, 7 *ἀρχὴν* pro *ἀλκὴν*; 253, 18 *στρατηγοῦ* pro *στρατοῦ*; 257, 3 *τιμῶσι* pro *δρῶσι*; 283, 30 *γένηται* pro *λέγηται*; 292, 8 *ἀναδραμὼν* pro *ἀναθορὼν*; 337, 11 *γενέσθαι* pro *ἡγεῖσθαι*; 355, 21 *χαλάζης* pro *ζάλης*. II, 161, 32 *π*ΛC*υ*TOY pro ΛOΓOY; 166, 3 *χάριν ἔχων* pro *χαίρειν ἐῶν*; 166, 28 *χρυσ*ONЄIATO*ν* pro *χρυσ*ONANЄIΛ*ε*TOTO*ν*; 176, 18 *ἀγνοοῦντας* pro *ἀγνοούμενον*; 178, 9 *προὔφερον* pro *προὔφαινον*; 208, 27 *καθῆκε* pro *καθῆστο*; 229, 24 *κατὰ τὸ τελειότερον ἦν* pro *κτᾶται τελειοτέραν*. III, 37, 10 *ἔφερον* pro *ἐνηνοχότες* (v. 8 *ἔλεγον*); 168, 29 *θεραπείαις* pro *Θεσπιαῖς*; 203, 9 *ὑγιεινὸν* pro *ὑγιαῖνον*; nam etsi graeca verba restituta videmus, tamen ad unum omnia sententiae prorsus obstant, ita ut ne uno quidem loco ambigui simus de genuina lectione: haec dico vitia ad quorum originem enodandam omnibus fere auxiliis privati sumus: I, 139, 31 *ἀνειμένον [πλῆρες] ἐκκέκοπ-*

ται; 189, 25 *Φανίας ὁ Λέσβιος*; 233, 27 *εἰδὼς* pro *συνιδών*; 240, 9 *ὃς ἦλθε λεκτός*. II, 187, 1—2 *καὶ καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἔτι καὶ νῦν δρῶσι* pro *καθ' ἕκ. ἐν. καὶ τοῦτο μέχρι νῦν δρῶσι*; 204, 9 *[μήτε χεῖρας]*; 210, 16 *ἀπόρους [ὄντας]*; 231, 32 *καὶ ὕδατι* pro *καὶ δι' αὑτοῦ*. III, 146, 24 *ἁρμονίας [ἢ προνοίας ἢ ποιότητος]*; 149, 26 *καὶ λέγειν [ἐπειρᾶτο]*; 154, 23 *εἰ πάλιν [παραγενομένου καὶ] μεταβαλομένου*; 155, 14 *ἀξιώσης [εἶναι] Ἑλλήνων φίλος καὶ σύμμαχος*; 156, 24 *φιλεῖν* pro *φρονεῖν*; 182, 28 *πόλιν* pro *οἰκουμένην*; 199, 13 *Ἰεμψάλ* pro *Ἰάμψᾳ*; 30, 12 *Γέλων* pro *Λέων*.[1])

Sedecim horum mendorum quattuor explanare conabor etsi infirmis argumentis; primum enim I, 139, 31 v. molestissimum *πλῆρες* ductu haud dissimile est v. *πάρεστι* quod in v. antecedente legitur (ΠΛ·PЄC-ΠAPЄC*τι*); deinde vix vereor ne temere me geram arbitratus I, 189, 25 v. *ὁ Λέσβιος*[2]), III, 146, 24 v. *ἢ προνοίας ἢ ποιότητος*, 154, 23 v. *παραγενομένου καὶ* glossatori deberi et falso in textum irrepsisse. Cetera autem explicare plane abstineo; et negari nullo pacto potest his locis vestigia interpolationis deprehendi, sed interpolationis neque admodum urbanae neque argutae. Et teneamus in tot vitarum paribus, quarum condicionem exploravi, duodecim tantum locis, aut si hunc numerum augere placet tribus illis[3]), quorum depravationem librario X addiximus, ut St opprobrio novandi liberaretur, quindecim fere locis,

---

1) ne quis quod alium locum consilio interpolatum, ut videtur, praeterviderim mihi exprobret II, 161, 23 *εἰς τὴν ἀρχὴν* pro *εἰς τὴν τελευτὴν*, quid de hoc sentiam propono: initium belli Pelop. laudari veri similius, quia profecto non opus erat ad finem procurrere, siquidem Ar. 30 fere annis ante initium decesserat. Verbis *τῆς μετ' Εὐκλείδην γραμμ.* non solum aetatem post 403 significari per se patet, (cf. etiam Brinck, diss. Hal. VII, 105 et 126) et ionicam scripturam iam ante bell. Pel. vel in publicis decretis adhibitam esse docet Kirchhoff *griech. Alph.* p. 92—93. Qua de causa non minore probabilitate v. *ἀρχὴν* quam *τελευτὴν* defenditur, ex Plutarchi sententia etiam maiore. Ceterum facile errori implicari potuit Plut. in ea re, quam ipse explorare non audebat. cf. v. 30 et 31.

2) *ὁ Λέσβιος* vocatur *Φανίας* I, 167, 17; 226, 23; 233, 16.

3) cf. supra pag. 14.

iusto gravius inquinatis, fidem librarii X suspectam videri et interpolationes pro certo effici.[1])

Iam satis diu in fam. X indole adumbranda versatus converto me in adversariam partem et simili ratione, sed multo concisius, perpendebo quanti fam. Y pretium aestimandum sit. Neque enim multum interest condicionem huius familiae accurate cognovisse, siquidem et arctioribus disputandi cohibeor cancellis, nec praesidia satis firma praebet editio Sintenisiana. Ac dolet quod principalis propaginis, libri Sangermanensis, in minutis tantum partibus rationem habere licet mihi Seitenstettensis potissimum naturam indaganti, quippe qui libri in una tota vita et duarum fragmentis exhibendis congruant. Codex Sg usque ad tempora editionis Sintenisianae omnium librorum nobilissimus et praestantissimus existimabatur, ex quo uno magnus numerus lectionum egregiarum depromtus est; et in universum, quamvis a mendis non liber sit, fide nostra non indignum se praestat. At in iis partibus quae St et Sg communes sunt, huius tyrannis exstincta est, ut primum fam. X situ emersit; nam quae antea unius Sg erant propria, tum et fam. X facta sunt, nempe omnes fere lectiones praestantes Sg in X quoque servatae[2]), cum principatus codicis Sg quinque

1) infeliciter accidit quod Sauppius Aristidis et Catonis lectiones prius degustabat quam ceterarum vitarum, cum stirpem X insectaretur (l. l. p. 1002 sq.); nam in his vitis fortuito plures lectiones foedius corruptae inveniuntur quam in ceteris. Sed tamen severius munere censorio functus est cum dicit: 'wer so keck ändert und nicht ohne Kenntnis und Geschick verfährt' etc.; anquiramus quaeso, quibusnam locis tanta audacia et intellegentia et ars librarii emicet: tales interpolationes quales 204, 9 *μήτε χεῖρας* et 210, 16 *ἀπόρους ὄντας* insulsi et puerilis potius sunt magistelli quam intellegentis et audacis; nec aliter iudico de ineptissima mutatione 231, 32 *ὕδατι*; lectionem 229, 24 *κατὰ τὸ τελειότερον ἦν* S. ipse dicit 'sinnlos'; de verborum *διαπρεπῶς γὰρ ἀριστ. τ. κηρύττουσιν* 228, 32 authentia ipse cum S. contenderim, cum tam fusam dictionem non alienam iudicem a Plut.; 220, 10 vero corruptelam St litterarum similitudine ortam esse supra delineavi. Denique quod X hic illic verba omisit aut transposuit, inde auxilium arcessere non licebat viro doctissimo.

2) his 52 locis: I, 132, 20; 136, 16; 141, 16; 142, 29; 146, 21; 30; 147, 10; 148, 23; 150, 12; 20; 151, 7; 31; 153, 9; 154, 2. III, 143, 21; 23; 144, 5; 145, 8; 149, 28; 150, 5; 16; 151, 2; 10; 152, 14; 154, 19; 155, 15;

tantum locis iisque levissimis defendatur hisce: I, 150, 22 *παρεσχε* ΤΟΝΔΕ contra omnium *παρεσχε* ΤΟΗΔΕ; III, 150, 29 *νενικηκότας* (— *ες* cet.); 165, 24 *Κορινθίων* (— *αν* cet.); 170, 11 *ἐξέλειπε* (— *λιπε* cet.)? 185, 12 *ἀνθρώπων* (hoc vocabulum, quod nequaquam desideratur, ceteri omiserunt).

Sed non probis solum lectionibus, quin etiam mendosis quibusdam, sed iis quoque vilibus, Sg a X firmatur, scilicet [III, 143, 27 *μήτε πλαστῶν μήτε μιμητῶν*] quam quidem uncis includere malo, quod mihi non satis constat, num recte huc referatur; 146, 26 *ἐμβαλὼν* (s. *ἐμβάλλων*) pro *ἐμβαλεῖν*; 158, 4 *τὰ αὐτὰ* pro *ταῦτα*; 160, 4 *Καρθακίῳ* pro *Ναρθακίῳ*; 199, 12 *Ἰάρφθαν* pro *Ἰάρφαν*; 191, 24 ΑΠΕΛΑΤΑΙ pro ΑΙΓΕΛΑΤΑΙ quo loco Sintenis miro errore captus e scriptura Sg v. *πελάται* elicere studet, coll. Moral. 272 D. Nam quo consilio *ἄδοξοι πελάται καὶ βοτῆρες* coniungantur, et cuius *πελάται* dicantur non attendisse videtur. At illo Moralium loco diserto verbo *τοῦ Ταλασίου πελάται* inducuntur, et nostro loco optime comprehenduntur *αἰγελάται καὶ βοτῆρες* i. e. 'humilis turba'.

Codicis Sg familiarissimus, etsi bonitate non aequalis, est Parisinus A, qui nobis plerumque, meliore fonte deficiente, primus imaginem archetypi Y repraesentabit, praesertim cum ceterorum librorum apparatus nimis decurtatus edatur in editione Sintenisiana. Codex A nusquam solus praeter Sg excellit, neque ullo loco solus propius ad fam. X accedit quam Sg excepto uno III, 148, 9 *διετάραξεν* St F[a] F A, *δὲ ἐτάραξεν* Y perperam, qui nihil valet. Persaepe autem conspirant Sg AC contra inferiores fam. Y testes, ac plerumque quidem ita, ut simul cum X vere Plutarchea tueantur, quae ceteri inquinarunt; cuius rei exempla proferre supersedeo. Semel Sg AC ex omnibus eminent, I, 148, 13 *ἕτεροι κύριον*, ubi ceteri leni corruptela *ἕτερον κύριον* perhibent, cum contra menda compluries admiserint soli tres libri, eaque menda haud ita simplicia, quorum pauca adnotabo: I, 130, 25 *Κανουλίαν* (bis); 134, 2 *πρὸ* (pro *ὑπὲρ*); 146, 26 *ἀξίων* (pro *ἀναξίων*); III,

156, 31; 159, 5; 163, 7; 16; 167, 2; 171, 22; 176, 10; 21; 177, 5; 179, 28; 182, 30; 183, 9; 184, 19; 24; 30; 185, 7; 30; 32; 191, 3; 192, 7; 193, 2 et 5; 29; 196, 1; 197, 4; 201, 5; 31; 204, 9.

157, 15 *πόνου* (pro *φόνου*); 169, 13 *τῷ Πελοπίδᾳ* (pro *Πειραιεῖ* cf. v. 6); 181, 20 *χρησάμενος* (non C, pro *χρισάμενος*), et imprimis I, 127, 30, de quo pauca verba facere liceat: vulgatam lectionem *ἀόρατον δὲ καὶ ἀκήρατον καὶ νοητὸν ὑπελάμβανεν εἶναι τὸ πρῶτον* converterunt Sg AC in *ἀόρατον δὲ καὶ ἄκτιστον νοητὸν*, qua in lectione primum offendit notio v. *ἄκτιστον*, quod absonum est, quoniam cetera adiectiva ad sensuum officia pertinent; deinde vero mirum quod v. *ἄκτιστος* Graecorum scriptoribus plane ignotum erat, neque usquam invenitur nisi in ecclesiasticorum operibus infimae aetatis, velut apud Greg. Naz. III, 411 A: *ἴη φύσις ἐστὶν ἄμετρον ἄκτιστον ἄχρονον*; Athan. I, 473 C: *ἐκέλευσεν ἡμᾶς βαπτίζεσθαι οὐκ εἰς ὄνομα ἀκτίστου καὶ κτίσματος;* Didym. de trinit. 785 B: *ὡς φύσει θεὸς ἄκτιστος ὢν καὶ ἄναρχος*. Basil. IV, 249 C: *μόνος* (scil. *θεός ἐστιν*) *ὅταν εἴπω τὴν οὐσίαν τοῦ θεοῦ τὴν ἁγίαν καὶ ἄκτιστον δηλῶ*; et profecto principiis et doctrinae ecclesiae christianae optime convenit vocabulum, quod a Pythagoreorum disciplina abhorret. Tenemus igitur interpolationem monachi docti, qui consuetus talia verba congregata legere qualia '*θεὸς οὐκ αἰσθητὸς, ἀόρατος, ἄκτιστος, ἀτέλευτος* etc.' v. *ἄκτιστον* inspergere non veritus sit expulso v. *ἀκήρατον* rarius usurpato. Et fortasse hic locus commonstrat viam ad eruendum fontem interpolatae textus recensionis.

Iam ex hoc librorum Sg A (C) consensu colligimus communem fontem intercedere inter hos libros et archetypum Y; nisi forte probabilius statuitur his ipsis libris, qui ceterum principes familiae sunt, integriorem memoriam Y constare, cum deteriores libri alio exemplari infecti sint. Sed hoc in praesens mittamus quia nondum indolem libri A cognoscere studuimus in iis partibus quibus Sg deficit, cui negotio iam incumbamus. Atque A quidem, ut supra una cum Sg, ita reliquis in vitis saepissime solus in bonis lectionibus retinendis cum Y conspirat, ubi ceteri vitiis succubuerunt. Solum autem praeferendum, evitatis mendis et X et ceteris Y libris communibus, perraro deprehendi, iisque locis qui nullius fere numeri sunt, velut I, 155, 28 *αἰεὶ* pro *ἀεὶ*; 183, 17 *οἶδεν* pro *εἶδεν*; 197, 16 *αὐτὸ* (et C) pro *αὐτῷ*; 330, 1 *γε* (cum C) pro *τε*; II, 231, 19 *γε* (cum C) pro *τε*.[1]) At saepius A eadem via ad pravitatem descendit, ac X, cum libri Y inferioris ordinis Plutarcheum exhibeant, ut 109, 15 *ἐγίνετο δὲ καὶ ἡ κρίσις* legitur in X AC, falso intermissa particula *καὶ*; 178, 12 *λέγω δὲ* pro *δὴ*; 212, 8 *ἑκάστῳ ἀπένειμεν* inverso ordine; 230, 32 *ἡμῖν* pro *ὑμῖν*; 301, 4 *τῇ κεφαλῇ* pro *τὴν κεφαλὴν*; 334, 11 *Κλεωνίδῃ* pro *Κλέων ἤδη*; 356, 6 *ἄρξασθαι* pro *ἄρασθαι*; 364, 13 *τῶν στρατοπέδων* pro *τῶν ἐν τῷ στρατοπέδῳ*; III, 32, 23 *ἀπολιπεῖν* om. A X. Quae menda — praeter ea quae fortuito et X et A traxisse veri simile est — cum in nobilissimis utriusque familiae propaginibus legantur nescio an ad archetypum revocanda sint, ita ut suspicemur ea in deterioribus libris aut divinando correcta esse, id quod pro natura et levitate haud ita improbabile videtur, aut auxiliis extrinsecus paratis.[2])

Post Sg et A unus liber dignus est qui eximatur, cum non semel e vulgari grege emineat, Baroccianus III B^c, sed ceterum ita comparatus ut a coniecturis non liberum se servaverit. Reliqua vero prosapia fam. Y non solum magis magisque corrupta et depravata est, sed etiam temerarii emendatoris et interpolatoris manum plus minusve experta esse cognoscitur; cuius ope facile nos carere manifestum est.

Iam vero omissis singulis totius fam. Y condicionem examinaturi nil interest computare quotiens X virtuti archetypi Y cedat; de nullo enim horum locorum controversiam esse duco. Sed alia est quaestio num vitiorum quae Y admisit rationem habere iuvet, quibus exploratis plurimum fructum nos percepturos spero ad diiudicandum familiarum X et Y certamen.

Et quoniam supra praestantes fam. X lectiones congessimus, uno conspectu totam mendorum nubem perlustrare licet. Non autem versabor in levioribus recensendis vitiis, qualia nemo effugere potest librarius, neque castigabo quod saepe voculas praetermisit, quod ordinem verborum saepe immutavit scriba

1) quotiens perperam unius A memoriam urserit Sintenis ostendere non vacat.

2) sed cf. etiam infra p. 59 inf.

Y. Gravius est quod sescenties praepositiones depravavit, praecipue in verbis compositis, et quod saepissime tempora verbi deflexisse arguitur, quae mutationes per se non nimium de fide librariorum detrahunt, cum in unum quemque cadant; sed in Y tam continenter offendunt, ut appareat scribam non mera inertia et incuria in ea menda delapsum esse. Cui rei convenit, quod eo studio, quod in librario X perspeximus, nimirum assimulandi terminationes vocabulorum finitimorum neglecta sententia, librarium Y raro pellectum videmus. Sed permultis locis mendosa Y scriptura tam longe a recta via aberravit, ut causis e ratione palaeographica petitis nil proficiamus ad explicandam mendorum originem. Cui numero pauca subtrahuntur glossemata, quae in textum irruperunt: I, 104, 19 πεῖραν λαβέ; 21 κρείττονες; 170, 12 δουλοσύνην; 190, 28 δημοκρατίας pro ἐλευθ. 222, 19 Αἰγινῆται pro νησιῶται; 247, 29 ἐκέλευσεν pro ἐδίδου; 250, 26 [εἰς Μαγνησίαν]; III, 198, 6 [καὶ μηχανὰς]. Ad alia menda explicanda causam repetimus ex finitimis versibus ut I, 120, 13 πρεσβεύοντας pro πρωτεύοντας (v. 12); 200, 11 μετεωροτέραν pro μετριοτέραν (199, 28); 231, 29 Πέρσην pro Ξέρξην (v. 27); 241, 18 καθαιροῦντες pro κολούοντες (v. 13); 251, 1 ἑλληνικοῖς pro πολεμικοῖς (250, 31); II, 214, 12 εἰσαχθῆναι pro παραστῆναι (v. 11); III, 158, 23 Δημοστράτου pro Ἐρασιστρ. (v. 24 δημοσίᾳ); 153, 7 συνῆγε pro συνήθροισε (cf. διῆγε); 183, 3 v. ὥραν καὶ τὴν intrusa e versu insequente.

Sed quid refert paucas eluere maculas cum totum corpus naevis satis superque sit inspersum? Ad huc enim ii restant loci, quibus falsa verba a librario inventa et pro traditis reposita esse, si minus consilio at temere, nemo infitias ibit; et animadvertas haec insiticia verba plerumque neque usitatiora esse, quam ea quae expulerunt, et significatione haud valde ab iis dissonare, ita ut accuratiore demum investigatione pravitatem effecerimus. Sunt autem loci quos hic peto cum alii tum hice: I, 107, 26 ἀδολεσχίαν Y pro ἀσχολίαν; 120, 17 Πομπωνίου pro Πόμπωνος; 126, 12 βασιλεῖς pro ἱερεῖς; 150, 26 τεκνοτροφίας pro τεκνώσεις; 151, 15 ἱστοροῦσιν pro λοιδοροῦσιν; 160, 27 διαλεγομένους pro διαμαχομένους; 161, 8 πεπαῦσθαι p. πεπρᾶχθαι; 177, 9 γένη p. πένθη; 185, 20

πάντες p. πάλιν; 197, 8 συνενεχθέντα p. συνδεθέντα; 206, 13 τείχει p. Ἰανούκλῳ; 212, 32 γενναιότατον p. νεώτατον; 213, 25 χωλοὺς p. κωφοὺς; 231, 24 στενωπῶν p. στενῶν; 232, 22 κινῆσαι p. ὁρμῆσαι; 243, 2 φυγῇ p. τύχῃ; 244, 1 Νάξον p. Θάσον; 248, 19 χειρὸς p. τιάρας; 250, 2 εὑρὼν p. ἑλὼν; 254, 7 μακρὰ p. μεγάλα; 256, 3 πλειόνων p. τινῶν; 29 εὐκλεὲς p. εὐτυχὲς; 262, 19 μέσον p. ὄψιν; 263, 4 ἀνδρῶν δοκίμων p. ἀνδρῶν δ' ὁμοῦ; 271, 2 Φύλαρχος p. Μάλακος; 283, 28 σκηνοῦν p. κινεῖν; 294, 18 ὡς ἂν ἤδη p. ὡς ἀνδρὶ; 333, 24 ἑξακισμυρίους p. ἑξακισχιλίους; 334, 8 πολλοὶ p. χοροὶ; 346, 25 κρίσις p. γνώμη. II, 163, 15 χαίρειν p. θαρρεῖν; 183, 29 Τροφωνίου p. Πτῶον; 194, 4 δωρεὰν p. τροφὴν; 198, 29 δαπάνης p. διαίτης; 202, 10 ῥητορικῶν p. ῥωμαϊκῶν; 228, 8 Ὁστιλίων p. Ἀτιλίων; III, 148, 11 ἀμαθίαν p. ἀπάθειαν; 151, 14 ψιλῶν p. δειλῶν; 166, 30 ἐπολιόρκουν p. ἐπόρθουν; 172, 17 Λεῦκτρα p. Τεγύρας; 185, 18 ἀνιοῦσι p. ὑπονοοῦσι; 196, 7 τηρεῖν p. φρονεῖν. Quin etiam longius processit impudentiae librarius, quippe qui ne constructioni quidem verborum atque toti sententiarum conexui pepercerit, id quoque ita ut primo obtutu nemo haereat: e. g. I, 172, 19 οἷς μέτρον ἦν p. ὃ μέτρων ἦν; 227, 22 τῶν μέντοι ἀπαγγελθέντων p. ἀπαγγελλόντων; 346, 25 τῷ δὲ ἡ κρίσις πίστιν ἔχοντι p. γνώμη πίστιν ἔχουσα; II, 168, 12 τοῖς ὄνομα καὶ δόξαν ἔχουσι p. τῇ ὀνομασίᾳ δόξαν ἐχούσῃ; 182, 23 οἱ μάντεις ἐμήνυον p. ὁ μάντις ἔφραζε; 194, 5—6 αὐτὸς ὁ Δημ. νομοθετῶν ἐψηφίσατο τάξαι p. αὐτός φησιν ὁ Δημ. νομοθετῶν τάξαι; et maxime I, 233, 21 χιλιὰς μὲν ἦν νεῶν τὸ πλῆθος, ubi librarius, nequaquam rudis, etiam metrum recte restituit deleto v. ἦγε.

Quis iam mirabitur et ipsa interpolamenta hic illic textum inquinare inserta, ut videtur, eo consilio ut sententiam supplerent et absolverent, e. g. I, 114, 9 [δι' Ἀλέξανδρον μᾶλλον δὲ] διὰ Λύσανδρον (quo loco dittographia viam munivisse videtur interpolationi); 154, 18 [οὐκ ἄλλως] συναγαγόμενον; 178, 24 πέντε δραχμὰς [ἔδωκε]; 213, 25 [πρῶτον] ἦν ἀκούειν; 229, 17 [γενέσθαι] ποιεῖται; 246, 13 οὐκ[έτι] ἂν; 264, 10 [καὶ τοὺς συνάρξαντας]; 268, 30 περιΰβρισαν [αὐτῶν]; 306, 11 τῷ ἀνδρὶ [αὐτῷ]; 332, 28 [καὶ προὔπεμψεν]; 337, 6—7 πεντάθλου γὰρ [ἵππον]

κτλ.; II, 169, 30 [τοῦτο]; 176, 23 [οἳ καὶ] ᾤχοντο; 208, 12 [εἴη]; III, 147, 26 [εὐθὺς] πρῶτος; 171, 4 τὸν [υἱὸν] Κλεόμβροτον; 173, 3 οἴεται δίκαιον [εἶναι]; 183, 4 καλοῦ [καὶ] καιρὸν [δεῖ]. Quae lectiones omnes ita sunt constitutae, ut sensum quendam praebeant, nonnullae vel tam similes sunt germanarum, ut subtilissima opus sit indagatione ad disceptandam ambiguitatem; quo factum est ut pleraeque adhuc deluserint editores, et ut multae in editione Sintenisiana minore legantur, cunctae fere in maiore.

Habemus igitur librarium graeca lingua optime instructum, qui omnia, quae legebat et depingebat, mente assequebatur, atque adeo doctus erat, ut nulla opera mutare et novare posset. Cum autem naturam discrepantiae consideramus nonne simillimus reperitur scriba Y imagini interpolatoris, qualem initio refinximus, ambiguis lectionibus examinatis? nonne pleraque menda orta videntur levitate hominis neglegentissimi, qui in describendo, memoria falsus, libere ex ingenio textum instaurarit? Neque enim animus ad eam inclinat suspicionem librarium consulto emendatum ivisse textum Plutarcheum, cum *studium* et *consilium* corrigendi coniciendique e perpaucis mendis elucere videatur. Quae cum ita sint meo iure concludere mihi videor *alteram textus recensionem*, quam supra illustravimus, *profectam esse a librario Y*, et quamquam fam. X a raris interpolationibus non libera est, ingentem nubem illam interpolationum exprobrandam esse librario Y; unde efficitur *primarium artis criticae fundamentum* in iis vitis, quas St sive integras sive mutilatas continet, *constare familia X*, nisi ubi apertis vulneribus deturpata sit, et imprimis omnibus locis ambiguis, qui permulti sunt, adeundum esse praesidium fam. X. Secundum quam normam autem opes fam. X in usum nostrum convertamus oporteat, supra praecepi.

Iam firmatur argumentatio alia re quae facillime exponitur; nempe quod optimus quisque liber fam. Y plurimum cum X conspirat, non vitiis sed eximiis lectionibus. Bis et quinquagies solus Sg in Num. Ages. Pomp. cum X consonat, etiam saepius Sg A; in ceteris vitis A sescenties una cum X bonas lectiones retinuit ceteris depravatis. Ergo videmus singulos familiares


Y magis magisque a recta via seiunctos et distractos ad pravitatem delabi.

Adde aliud quod iam deliberationis non indigeat, nimirum quod F^a in vitis Lyc. Num. Sol. Publ. Them. Cam. Per. Fab. Arist. Cat. Ages. Pomp. saepissime familiam Y superat, cum in reliquis vitis inter codices infimi ordinis habeatur (cf. Sintenis ed. maior IV p. IV): non enim eius libri inaequalis est indoles; immo postquam naturam St perscrutati sumus, cognovimus Par. F^a mediocris libri virtutem nusquam excedere. Quodsi olim tantum honoris ei tribuebat Sintenis, causam iam habemus, quia crudelissimum interpolatoris cultrum, qui istas ipsas vitas violaverat, non passus est cum Y, sed purae immansit memoriae.

Finem faciat quaestiunculae disputatio de omnium librorum necessitudine quam generatim depingere audeo et valeo. Cui capiti praemonere opus est propriam et genuinam archetypi Y memoriam mihi praestare libros Sg A [C], etiam tum cum communibus mendis sunt maculati, quae inferioris notae libri evitarunt. Quod si ponimus, statuimus hos libros nescio quo pacto correctos esse, sive inventis librariorum, sive collatis exemplaribus fam. X; quod utrumque in eos cadere videtur. Nam, ut mittam correcturarum specimina proferre, v. ἀκήρατον I, 127, 30 divinando certe non correctum est ex ἄκτιστον, sed ex X haustum. Sed quod de Sg A valet, non idem — in lacunis Sangermanensis — de solo A valere tenendum est, qui multa peculiaria vitia subiit non ab archetypo Y repetita. Quin etiam in una vita — Luculli nimirum — fons codicis A, collatus cum exemplari fam. X, compluries illius mendorum veneno aspersus est; et hanc propaginem fam. X, ex qua vitiosas lectiones mutuatus est, ipsum Seitenstettensem agnoscere mihi videor hisce locis repertis: II, 504, 9 ἤλαυνεν pro ἤθροιζεν (ex v. 7) St A; 505, 6 βουλευσαμένους pro βουλευσάμενος A St F^a; 507, 29 τῷ θεῷ pro τῇ St A; 521, 13 τὴν γραφὴν pro Τιγράνην A St F^a; 536, 4 ὀρνάτιον A St F^a C; 541, 30 ἑπτακισχίλιοι pro ἑπτακισχιλίους St A C; mixtam ex lectionibus X et Y formam exhibet A 543, 1 ἀπηρηκότας (ἀπειρηκότας X, ἀπηρκότας Y). Alterum autem genus lectionum, quas in deterioribus fam. Y libris sanas legimus contra omnium librorum,

et X et Y, auctoritatem, in ipso omnium archetypo depravatum fuisse, et arbitrio in illis emendatum, supra proposuimus; cui suspicioni ne talis quidem locus obstat qualis I, 276, 31 ubi genuinam lectionem ἁλίᾳ in nobilioribus libris deturbatam videmus in ἀλβανίᾳ, quod erratum ex ingenio facile repellere potuit unusquisque librarius coll. 269, 26. Nisi vero alium tibi fontem fingere malis, qui cum nostrorum archetypo non cohaeret.

Hac autem fere figura, cui absolutam fidem non vindicem, omnes libros complecti mihi videor:



Cuius explicandae causa pauca addere necesse est.

1. Inter I et II 52 loci corrupti sunt, quibus Sg una cum X integram auctoris manum retinuit.[2])

1) cf. Fuhr ed. Ag. et Cleom. append. p. 173.

2) et in iis capitibus Lyc. et Pomp., quae in St deperdita sunt, saepissime Sg cum F^a L conspirat in probis lectionibus, cuius consensus duo exempla imprimis notabilia promo: I, 79, 2 *Προκλέους* F^a L Sg C, *Πατροκλέους* ceteri; 89, 9 *πλοῦτον ἄζηλον* Sg F^a L, quod ceteri interpolarunt *πλ. ἄσυλον μᾶλλον δὲ ἄζηλον.* (advertas eadem formula interpolamentum induci I, 114, 9.)

2. Sg et I propterea in unum redigere non licet, quod Sg nullius ceterorum progenitor esse potest; sed haud scio an Laur. 69, 6 et II contrahendi sint. Ex A autem nullum eorum librorum, quorum lectione adire potui, fluxisse manifestum est, sed de altera parte B cf. Sintenis I p. XVII.

3. l. III in emetienda via ab II magis magisque vitia procreavit, nec non coniciendo in textum invasit et insuper testem fam. X in comparationem deduxit.

4. Librarius C procul dubio maxime sibi indulsit in mutando et novando textu; sed fons optimos quosque et quam plurimos utriusque familiae libros adhibuisse videtur; nam exempla non desunt locorum quibus C congruit cum uno St, F^a, F, L, Sg, A, B^c, q al.

Duae obstant difficultates, quibus dissolvendis etiam operam dabo. Primum quod quinque locis Sg solus omnes libros superat a e q u e inquinatos. Quae quidem difficultas minutissima evadit, si consideramus vilitatem differentiae, quae illis locis apparet.

Altera, quae scrupulos moveat, ea est, quod communia inveniuntur vitia in X et Sg a ceteris emendata; sed ea quoque tam pauca et levia sunt ut vix valida existimem ad destruendum stemma quod posuimus. Graviora fortasse sunt III, 160, 4 *Καρθακίῳ* pro *Ναρθακίῳ* et 199, 12 *Ἰάρφθαν* pro *Ἰάρφαν*; sed aliquid sane casui condonare non temerarii est, nec plane haeremus qua via difficultates tollamus. Ceterum ne obliviscamur concessum non esse omnes minutias ad amussim explanare; et quis innumeras causas exhaurire conabitur, quibus librarii animus vel oculus vel manus a recta via deflectantur?

Haec habui quae generatim de critico fundamento illarum 16 vitarum, singillatim de codice St eiusque affinibus disputarem. Quae non infirmatum iri confido lectionibus Marciani,

Vaticani 1007, Laurentiani 69, 4 nondum emissis, neque ceterorum librorum, quotquot novissime innotuerunt; e quibus, quantum quidem e virorum doctorum sententiis divinare possum, non multum fructus redundabit, excepto uno Matritensi. Sed hoc meminerimus omnem dubitationem excedere, quin exstiterint olim alii libri, sive adhuc situ obtecti, sive deperditi, id quod primum comprobatur correcturis Seitenstettensis; deinde complures lectiones Vulcobii, Amioti, Anonymi, qui dicitur, quas e libris manuscriptis nondum excussimus, codicis cuiusdam auctoritate niti vix quisquam infitias ibit. Suo autem iure Schenkl monere videtur, antequam ad iudicium omni ex parte ratum et absolutum devenire possimus, singulorum librorum in singulis vitis condicionem accuratissime investigandam esse.

LECTIONES SEITENSTETTENSIS

Congerendis lectionibus Seitenstettensis — collati cum editione Sintenisiana minore[1]) — praemonendum videtur primum elisionis admissae aut neglectae rationem me non habuisse, deinde nil curasse utrum *ν ἐφελκυστικὸν*, *σ* paragogicum (in voculis *οὕτω, μέχρι, ἄχρι*) addatur necne, tum litteras *σσ* et *ττ* permutatas praetervidisse, denique ne accentus quidem, spiritus, iota subscripta respexisse, cum in his minutiis observandis librarius — ut omnes fere — parum sibi constiterit. Praeterea reprehendat quis quod formas pronominis *ἑαυτοῦ* — *αὐτοῦ* (*αὑτοῦ*) saepissime confusas non semper distinxerim. Cuius indiligentiae veniam mihi fore spero, quod mea haud ita multum intererat subtilissimas diversitates excutere, quibus ad eruendam librorum cognationem nihil proficitur.

Incipit manus vetusta Lyc. **103,** 13 a verbis *ἄμμες οὐδὲν.* 19 *ἔχει.* 24 *σεληνοῦντος.* 25 *δικαίως γε.* 26 *κατακάημεν.* **104,** 4 *καὶ μέλη.* 8 *ἐπὶ γράμμασι.* 17 *ἢ μεν* (σ supra)[2]). 19 *πεῖραν λαβέ* manus rec. rescripsit in ant. scripturam fusco folii colore obscuratam sed ita ut litteras *γ* et *δ* verbi *αὐγάσδεο* dispicere potuerim. 21 *πολλῶν.* 26 *ἀνδρίαν.* 32 *ἀριστευόντων.* **105,** 1 *μοῦσαι.* 4 *ἕρπει; κιθαρίδδην* corr. m. 2. 10 *τότε* corr. 2. 13 *ταυριῶσι* corr. 2. 23 *ἅμα τῆς φ.* quod om. v. 25. 27 *καστόριον.* 29 *ἐπιβαινόντων.* **106,** 2 *θάρσους.* 8 *ἀπὸ τῆς νίκης* marg. *διὰ.* 11 *ἐνβεβαιώσασθαι.* 22 *διαμονὴν* mg. *νομὴν.* **107,** 4 *πρὸς* (*τὸν* supra) *ἴφιτον.* 9 *οὐκ αὐτῶν.* 12 *αὐτοὶ μανθάνοντες.* 15 *ἀφθονίαν†*[3]). 25 *ἐλευθερίαν.* 28 *ἀπειρίας.* 30 [*καὶ*

1) vol. II et III emissa anno h. s. LIII, vol. I tertium typis impressum a. LXXXIV.

2) correcturae a prisca manu proficisci existimandae sunt, ubi siglum nullum adiectum est; foedas recentioris manus correcturas non cunctas adscripsi.

3) sic eas denoto lectiones, quas perperam refert Michaelis.

εὐωχίαι]. **108,** 4 [συνεχῶς] supra scr. 2. 5 τὸ μη. 7 ταῦτα. 13 [τὸ]. 18 μήτε. 19 αἰεὶ. 26 πολυστρατίδας. 27 αὐτὸν. 28 εἰπεῖν corr.; αἴ κα m. 2 δὲ καττύχωμεν. 29 αἴτε. **109,** 4 mg. ἐκείνου κρείττονας. 15 δὲ καὶ ἡ κρίσις. 25 ποστοσοῦν. 31 ἕκαστος αὐτὸς αὐτῷ, αὐτὸς del.; ταύτῃ ἡ πόλις. **110,** 3 φιλιτίον. 5 [τὴν]. 12 νεκροὺς. 18 ἱερῶν σ. 21 πένθος. 22 κατεμιγνύετο. 24 ἦν ἀναγκαῖον. 28 διαφορὰν. **111,** 3 κενοὶ; κενὰς. 9 ἦθος mg. ἴχνος. 11 ἀνδρίαν. 12 κρυπτία. 13 καὶ τοῦτο. 15 ἀνειργασμένην. 16 τοιάδε. 22 ἀνέσφαττον, supra scr. ἀπ. 23 τοῖς ἀγροῖς. 25 ἀνδρίᾳ. **112,** 9 ἀλμᾶνος. 10 τὰς δεσποσύνους. 17 εἴργασθαι. 19 κρυπτίας. 23 ἐκτετραμμένης. **113,** 4 μήτε. 8 ἐμμένειν καὶ χρήσασθαι. 15 διαμένειν. 29 χρήσασθαι. 31 ἡ πόλις ἐπρώτευσε. 32 χρόνων. **114,** 11 καὶ χρυσὸν. 31 εἰπεῖν; πιθαρχικοὺς. **115,** 1 πιθαρχία; τοῦ ἄρχοντος. 5 ἐργάσασθαι. 8 οὔτε — οὐδὲ. 15 [τῶν]. 27 ἀπολείπειν corr. 2. **116,** 3 ἀπολείποντες corr. 2. 5 εἰσενεγκάμενος. 6 [ὑπολαμβάνουσιν]. 8 πολιτευομένους. 9 ὁ δὲ ἀριστοτέλης mg. δι' ὅπερ καὶ. 11 ἔχοντι. 17 εἶναι μέγα. 18 μετὰ τὴν τελ. 19 θειοτάτῳ supra scr. ὁσιο. 20 τελευτῆσαι δ' αὐτὸν mg. τὸν λυκοῦργον. 24 περὶ τὴν ξενην ικ. 27 καὶ οἱ οἰκεῖοι. **117,** 4 [τοῦ].

Num. **117,** 12 ἀλλὰ καὶ. 13 βιβλίδιον. 18 γοῦν; γεγόνοι mg. γένοιτο. 23 καὶ τῶν νομᾶ. 28 mg. βασίλειαν. 30 ἀναμεμίχθαι. 31 μὲν γένος. **118,** 2 ὀλυμπιονίκων. 5 [ἡμεῖς] mg. μὲν ἡμεῖς. 13 ταραχῆς mg. τροπῆς. 17 χαλεπὴν δὲ τῶν πατρικίων τὴν ὑπόνοιαν ἅψασθαι. 20 ἑαυτοὺς. **119,** 6 καὶ βιάζεσθαι. 15 ἀπεργάσηται. 24 μεσοβασίλειον. **120,** 3 διὰ τὴν. 15 κυρίτων. 17 ἀνακηρυχθεῖσι; πόμπωνος ιον. 20 mg. τριᾶς. 21 εἰς πᾶσαν. 26 ἀνδρίαν. 31 οὐδὲ. **121,** 7 ἰδιώτου ὄντος. 8 δυνάμεως mg. δόξης. 10 ἐκλιπὼν. 14 θέας. 16 ἀπολελοίπει. 17 ἠγερίδα. 21 ῥοδόττου. 22 ἄλλων τε πολλῶν εὐδ. 24 λόγος. 26 [μὴ] supra scr. **122,** 3 φιλίαν τε. 8 οὐ δὴ. 10 χρᾶν αὐτῷ. 17 μέχρι νῦν mg. δεῦρο. 20 μίνωϊ. 26 βακχυλίδην. 29 πλήθει corr. 2. **123,** 5 ἐποιήσαντο. 12 [ἐν]. 17 μηδὲ — μήτε. 25 καὶ ῥώμυλον οὗτοι. 30 διατριβαὶ. 31 ὁ δὲ. **124,** 5 ἐμπύρου. 8 εἴη τὰ ἄλλα. 12 λογισμοῖς mg. λόγοις. 20 δυναστείαν. 21 θεῷ. 25 χώραν οὖσαν. 27 αὖθις δὲ καὶ. 30 ἔσται. **125,** 9 πολιτῶν. 16 μεσσοβασιλεὺς. 18 ἐπισήμων mg. παρα. 24 [ἐφαπτόμενος]. 25 κατεύχετο mg. ξατ. 27 προφέρων. 30 δέξιοι ἐπέτρεψαν. **126,** 2 τριακοσίων δορυφόρων. 3 διέστησεν mg. λυσεν. 7 φλαμῖνα. 12 ἱερεῖς mg. βασιλεῖς; λέαινας. 13—14 παῖδα τῷ ἱερῷ τοῦ Δ. ἀμφ. παῖδα. 15 κάμιλλον. 19 ποιεῖν. 21 τοῦτ' ἦν συστάντων. 26 καταγνύμενα corr. 2. 27 δοκοῦσαν; οὕτω δὲ. 25 χρησαμένην. 30 κατακοσμῆσαι; ἠγάγετο. **127,** 18 γόητα. 25 νέαν. 26 εἶνα. 27 τιμῶντες. 31 οὗτος δὲ. **128,** 3 οἰκοδομούμενοι διετέλουν δᾶς ἱερὰς ἱστάντες. 5 ἐφάψασθαι. 7 ἁγιστεας ϊ. 8 αἵ τε. 9 πεπορευμέναι. 12 τῇ πολιτείᾳ ῥωμαῖοι. 15 ἕτεροι δὲ. 17 αἱμιλίων. 29 ἀποδιδοῦσιν. **129,** 7 τελουμένων mg. ποιουμ. 9 ποτὲμ. 10 αὐτὴν. 21 mg. ἔχει; μόνον. 22 ἐπιμελόμενος. 28 αὐταὶ. 30 παρατιθεμένους. 31 ἄκρπον sic! 32 συνοικειοῦντες; ἐπὶ. **130,** 6 [δὲ].

